argumētatiōis facta. vnde niſi vł argumētatōis hoc quis faciat:nō ꝓpter hoc erit redargutus. Similiter nec in diuerſis diſputatiōib⁹. Falſum vt hic ſumitur eſt manifeſte falſum. Nam ſi ſophiſta ducat reſpondentē ad falſuꝫ occultum:nō ꝓpter hoc aſſequit̄ ſuū finem. Inopinabile eſt qđ ē ꝯ opinionē oīm vel pluriū vł maxie ſapiētū:vt matrē nō diligere filiū. Soloeciſmus eſt viciū in cōtextu partiū orationis cōtra regulas artis grāmatice factū. vt vir mea Nugatio ē vnius ⁊ eiuſdē ex eadē parte inutilis repetitio vt homo currit. dico aūt ex eadem parte:qꝛ ſi in diuerſis partibus idem repetat̄ nō eſſet nugatio. vt homo ē homo riſibile eſt riſibile. Dico aūt inutilis repetitio. quia ſi idem repetatur ad maiorem expreſſiōeꝫ laudis affectionis vel vituperij nō eſſet nugatio. vt de⁹ de⁹ me⁹. latro latro quo vadis. Iſti aūt quinqꝫ fines vlterius nō ordināt̄ ad vnū finem principalem qui eſt apparēs ſapientia ⁊ nō exiſtēs Sophiſta aūt nō ducit ad iſtos fines ſuū reſpondentem niſi per eos deueniat ad vltimū finem principaleꝫ qui eſt apparens ſapientia Et cū quilibet debet premeditari ſuū finem:ideo determinatio finiū debet precedere determinationem fallaciarum.

FAllacia eſt ydoneitas decipiendi faciens credere de ente ꝙ ſit non ens et de non ente ꝙ ſit ens mediāte fantaſtica viſiōe. Fallacie ſunt tridecim:quarū ſex ſunt in dictiōe et ſeptem extra dictionem. In dictione ſunt:equocatio. amphibologia. compoſitio. diuiſio. accētus. et figura dictiōis. et ſeptēꝫ extra dictionem ſunt:accidens. ſcḋm quid. ad ſimpliciter. ignorantia elenchi. petitio principij. conſequens. nō cauſa vt cauſa. ſcḋm plures interrogatiōes vt vnam. ꝙ autem ſint

ſex in dictione probat ariſtoteles inductiõe et ſillogiſmo Inductione ſic. Equiuocatio fit aliquo iſtorum ſex modorum: amphibologia fit aliquo iſtorum ſex modorum: ⁊ ſic de alijs. ergo omnis fallacia in dictiõe fit aliquo iſtoꝝ ſex modorū et ſic de alijs. ergo omnis fallacia in dictiõe fit aliquo iſtorū ſex modorum. Sillogiſmo ſic. omnis deceptio facta ex eo ꝙ eiſdē dictionib⁹ vl' orationibus nõ idem ſignificamus fit aliquo iſtorū ſex modorum. ſed oĩs fallacia in dictione fit ex eo ꝙ eiſdem dictionibus vel orationibus non idem ſignificamus. ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo iſtorum ſex modorum. Iſte ſillogiſm⁹ eſt in primo modo prime figure. Probatio maioris. oĩs multiplicitas dictionis fit aliquo iſtorum ſex modorum. ſed omnis deceptio facta ex eo ꝙ eiſdem dictionibus vl' orationibus non idem ſignificamus fit ex multiplicitate dictionis vel orationis. ergo oĩs deceptio facta ex eo ꝙ eiſdem dictionibus vel orõnibus non idem ſignificam⁹ fit aliq̄ iſtoꝝ ſex modoꝝ. ⁊ h̄ fuit maior. Probatio minoris. oĩs multiplicitas dictõis fit ex eo ꝙ eiſdē dictõib⁹ vl' orõnib⁹ nõ idē ſignificam⁹ ſ; oĩs fallacia ĩ dictione fit ex multiplicitate dictõis vl' orõnis. ergo oĩs fallacia ĩ dictione fit ex eo ꝙ eiſdē dictõib⁹ vel orõnib⁹ nõ idē ſignificam⁹ et hec fuit minor: et iſti duo ſillogiſmi ſunt in p̄mo modo prime figure. Sciendum autem vt vult alexander in commēto ſupra librū elenchorum triplex eſt multiplex. Aliud eſt enim multiplex actuale. aliud potentiale. Et aliud fantaſticū. Multiplex actuale eſt quando dictio vel oratio eadem ſcd̄m ſubſtātiā ⁊ ſcd̄m modū pferendi: diuerſa ſignificat. dictio vt in equiuocatione vt canis. oratio vt amphibologia vt liber ariſtotelis. Multiplex potentiale eſt

quando dictio vel oratio eadem ſecundum ſubſtantiam:
diuerſa tamē ſecundū modum proferendi diuerſa ſigni
ficat. dictio vt in accentu. vt populus cuius prima ſillaba
poteſt eſſe breuis vel longa: et ſecundū hoc diuerſa ſigni
ficat oratio. vt in cōpoſitione vel diuiſione. vt quicquid
viuit ſemper eſt. Alium habet enī modum proferēdi ꝓut
ē diuiſa: et ꝓut ē ꝯpoſita vt poſtea patebit. De multiplici
fātaſtico videbit' i fallacia figure dictōis. Et qr multiplex
actuale veriori modo ē multiplex ꝙ potētiale: et potētiale
ꝙ fantaſticum. ideo primo dicendum eſt de fallacijs faciē
tibus multiplex actuale ꝙ de alijs et poſtea de potētiali
et vltimo de fantaſtico. Unde primo dicendū eſt de eq
uocatione et amphibologia ꝙ de alijs fallacijs in dictio
ne quia in equiuocatione et amphibologia eſt multiplex
actuale et per conſequens eadem dictio vel oratio ſcd̄m
ſubſtantiam et ſcd̄m modum proferendi. In alijs aūt nō
In iſtis enī pl' ē de identitate ꝙ i alijs. Itē adhuc prius
eſt dicēdū de equiuocatione ꝙ de āphibologia qr equoca
tio fit i dictiōe: āphibologia vō in orōne. dictio aūt prior
eſt orōne. Sciēdū ē ꝙ fallacia dupliciter ſumit'. Qñqz enī
fallacia idē eſt ꝙ cauſa decipiendi et quandoqz idē eſt ꝙ
deceptio facta ex illa cauſa Et h̄ p̄mo mō ſumit' h̄ fallacia

Equiuocatio ē multiplicitas dictio
nis eiuſdem ſecundū ſubſtantiam et modum pro
ferendi. vt in hoc nomine canis. Sciendū eſt ꝙ
in qualibet fallacia eſt duplex cauſa. ſcz cauſa apparentie
et cauſa defectus. Cauſa apparentie in qualibet fallacia
eſt que mouet ad credendū id qd̄ nō eſt credēdū Cauſa
defectus eſt q̄ oſtēdit creditū eſſe falſū Cauſa apparētie
in equiuocatiōe eſt vnitas dictionis eiuſdē ſm̄ ſubſtantiam

et ſecundum modū proferendi diūſa ſignificātis. Cauſa defectus ſiue falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Unitas enī predicta in equiuocatione mouet ad credendum quod non eſt. ſcʒ vnitatem ſignificandi. Diuerſitas autē oſtendit creditum eſſe falſum. Equiuocationis tres ſunt modi. Sed primo videndū eſt quid ſit fallacia equiuocationis. Unde fallacia equiuocationis eſt deceptio proueniens ex eo ꝙ aliqua dictio manens vna ſcđm ſubſtantiā et ſcđm modū proferendi diuerſa ſignificat. Primus aūt modus ꝓuenit ex ſignificatiōe vel cōſignificatiōe dictiōis Ex ſignificatiōe ſic ꝑalogiſaṫ. oīs canis currit. ſydꝰ celeſte ē canis ergo ſydꝰ celeſte currit. Solutio vtraqʒ ꝑmiſſaꝝ ē duplex qꝛ hoc nomē canis ē multiplex equoce ſignificās aīal latrabile. ſydus celeſte. et piſcem marinū. ⁊ ſic maior vno modo eſt vera et alio modo falſa et ſimiliter minor. Uel ſic. omē expediens eſt bonū: malū eſt expediēs: ergo malū eſt bonū. Solutio expediens diciṫ equiuoce. Uno modo idem eſt qđ bonū Alio modo idē eſt qđ neceſſariū qđ accidit in minus malū: qđ oportet fieri ad euitandum maius malum. Unde vtraqʒ premiſſarū eſt duplex. quia vno modo eſt vera. alio modo eſt falſa. Ex cōſignificatiōe paralogiſatur ſic. iſte pannus eſt de anglia: anglia ē terra ergo iſte pannus eſt de terra. Non ſequiṫ. qꝛ prima ē duplex ex eo ꝙ hec ꝓpoſitio de poteſt dicere circūſtantiam cauſe materialis et ſic eſt falſa. vł poteſt dicere locū ⁊ originē: et ſic eſt vera. Uel ſic. in quocūqʒ eſt egritudo ipm eſt aīal ſʒ in humorꝝ inadꝗtōe ē egritudo ergo humorꝝ inadeqtio ē aīal. Prima ē duplex qꝛ h ꝓpoſitio in: pōt dicere cām efficiētē ⁊ ſic ē falſa. vel cām formalē ſiue ſubiectū in q ē et ſic ē vera. Similiter dicēdū ē de minori. vel ſic.

pꝛopꝛium eſt qualitati ſcđm eam ſimile vel diſſimile dici:
ſed ſcđm ſimilitudinē dicitur aliquis ſimilis vel diſſimilis
ergo ſimilitudo vel diſſimilitudo ſunt qualitates qđ falſū
ē imo ſunt relationes. Pꝛima eſt duplex eo ꝙ hec ꝓpoſi
tio ſm: poteſt dicere circūſtantiaꝫ cauſe efficientis: et ſic ē
vera qꝛ due qualitates eiuſdē ſpeciei faciūt vnā ſimilitu-
dinem: ⁊ ſic qualitas eſt cauſa efficiens ſimilitudinis. Si
autem dicat circūſtantiaꝫ cauſe foꝛmalis: ſic eſt falſa. quia
qualitas nō ē cauſa foꝛmalis ſimilitudinis ⁊ ecōuerſo di-
cendum eſt de minoꝛi. Similiter om̄e ſanū eſt aial: vꝛina ē
ſana. ergo vꝛina eſt aial. Utraqꝫ pꝛemiſſaꝝ eſt duplex qꝛ
ſanū dicit̄ de aiali vt de ſubiecto: et de vꝛina vt de ſignā-
te vel indicāte. de cibo vt de efficiente. de dieta vt de ſer
uante. et ſic alio ⁊ alio modo ſanitas ad hec cōparatur et
ſcđm hoc habet diuerſas ſignificatōes. Ex ſignificatione
ſic paralogiſat̄. quicūqꝫ ſanabat̄ ſanus ē: laboꝛās ſanabat̄
ergo laboꝛās ſanus eſt. Minoꝛ ē duplex ex eo ꝙ hoc par
ticipiū laboꝛās pōt dicere p̄ns tēpus: et ſic ē vera ⁊ tūc ē
ſēſus. laboꝛās nūc ſanabat̄. Si aūt dicat ꝓteritū ſic ē falſa
et ſic eſt ſenſus; laboꝛās tūc ſanabat̄. et ecōuerſo dicēdū ē
de cōcluſione. Laboꝛās em̄ equocū eſt ad laboꝛātēꝫ nūc
et ad laboꝛātē tūc. Eodē modo eſt hic. quicūqꝫ ſurgebat
ſtat: ſedens ſurgebat. ergo ſedēs ſtat. et eodē modo reſpō
dendū eſt ſicut fuit reſponſuꝫ ad aliū paralogiſmū. Alio
modo pōt fieri ecōuerſo qn̄ dictio poteſt teneri materia-
liter vel cōſignificatiē: ſicut hic. deꝰ eſt vbiqꝫ: vbiqꝫ eſt ad
uerbium ergo deus eſt aduerbium. Dicendum ꝙ pꝛima
eſt duplex eo ꝙ h̄ dictio vbiqꝫ poteſt teneri materialiter
vel conſignificatiue. ſi materialiter ſic eſt falſa. ſi cōſignifi-
catiue ſic eſt vera: ſed non ſequitur concluſio. Secūdus

modus equiuocationis prouenit ex tranſumptiõe dictio nis. Vñ tranſumptio vt hic ſumitur eſt acceptio dictiõis ſignificãtis vnum ex impoſitione ad ſignificandum aliud per ſimilitudinem. Et ſecundũ iſtum modum ſic formatur paralogiſmus. Quicquid ridet habet os: pratũ ridet ergo pratum habet os. Prima eſt duplex eo ꝙ hoc verbum ridet poteſt teneri proprie et ex impoſitione vel tranſumptiue. Si proprie ſic eſt vera: et non ſequitur concluſio. ſi tranſumptiue ſic eſt falſa et ſic ſequitur cõcluſio. hoc eñ verbum ridere eſt equiuocum ad ridere et ad florere. quia ridere ſignificat ex prima impoſitione riſum ab ore emittere. florere enim ſignificat per quandã tranſumptio nem. florere enim et ridere quandam ſimilitudinem ha bent. quia vtrobiqꝫ denotatur gaudium. Et ideo ridere tranſumitur ad flores vt vult ariſtoteles. ideo ſumentes aliquam ſimilitudinem transferunt. Quicquid currit ha bet pedes: ſecana currit ergo ſecana habꝫ pedes. Vtraqꝫ premiſſarum eſt duplex quia hocverbũ currit vel tenetur proprie vel tranſumptiue. currere enim et labi aſſignant̃ in velocitate motus ſcd̃m ꝙ currit ſumit̃ ꝓprie ſic maior eſt vera et minor falſa. ſi tranſumptiue tunc eſt econuerſo Tertius modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio plura ſi gnificat compoſita: ſeparata vero vnum ſolum. vt hec di ctio imortale vno modo dicit̃ quaſi nõ potens mori. alio mõ dr̃ q̃i potẽs nõ mori. Et ſm̃ h̃ ſic format̃ paralogiſm⁹ oẽ imortale ẽ ꝑpetuũ: ſ; oẽ potẽs nõ mori ẽ imortale. ergo omne potens non mori eſt perpetuum. Vtraqꝫ premiſſa rum eſt duplex cum hoc nomen immortale ſit equiuocuꝫ vt dictum eſt. Item omne incorruptibile eſt perpetuum: ſed omne potens non corrumpi eſt incorruptibile. ergo

omne potens non corrũpi eſt perpetuum. Utraqꝫ pre
miſſarum eſt duplex eo ꝙ incorruptibile vno modo idem
eſt quod non potens corrumpi et ſic incorruptibile eſt ꝑ
petuū: et ſic maior eſt vera et minor eſt falſa. Alio modo
idem eſt ꝙ potens non corrumpi vt prius homo potuit
non corrũpi. et in hoc ſenſu maior eſt falſa et minor vera
Et ſic ſoluendi ſunt paralogiſmi equiuocationis per di-
ſtinctionem paralogiſmorum ſecundum equiuocationem
vt prius patuit. Recta ſolutio eſt manifeſtatio ſillogiſmi
falſi et propter quid eſt falſus ⁊ hoc contingit dupliciter
ſcilicꝫ vel diſtinguēdo: vel aliquam premiſſarum interi-
mendo. Secundo modo reſpondendum eſt ad omnes
peccantes in materia. et ad omnes orationes in vtroqꝫ
peccantes reſpondendum eſt vtroqꝫ modo ſcꝫ diſtinguē
do et aliquā ꝓmiſſaꝝ interimēdo: nō ſm idē ſ; ſm diuſa.

Amphibologia ē multiplicitas ora
tionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam et ſecundū
modum proferendi diuerſa ſignificãtis: Fallacia
autem amphibologie eſt deceptio proueniens ex identi-
tate orationis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam et ſecūdū
modum proferendi diuerſa ſignificantis. Cauſa apparen
tie eſt identitas orationis eiuſdem ſecundum ſubſtantiaꝫ
et ſecundum modum proferendi. Cauſa falſitatis eſt di-
uerſitas ſignificatorum. Et dicitur amphibologia ab am
phi quod ē dubiū: et bole ſentētia quaſi dubia ſententia
Amphibologie tres ſunt modi. Primus modus ꝓuenit
ex eo ꝙ aliq̄ oratio principaliter plura ſignificat. vt liber
ariſtotelis. hec enī oõ eſt duplex. Uno modo idē eſt qđ
liber edit⁹ ab ariſtotele. Alio mō idē eſt qđ liber poſſeſſus

ab ariſtotele.Et formatur ſic paralogiſm⁹.Quicquid eſt ariſtotelis poſſidetur ab ariſtotele:iſte liber eſt ariſtotelis ergo poſſidet ab ariſtotele.Utraqꝫ premiſſarū eſt duplex vt dictū eſt.Scd̃s modus amphibologie ꝓuenit ex trãſ ſumptione oꝛonis. Tranſſumptio autem oꝛonis eſt qñ oꝛatio pꝛopꝛie ſignificans vnū tranſſumitur ad ſignificã-dum aliud ꝓpter aliquã ſimilitudinē repertã in ipſis. vt littus aratur trãſſumitur ad operã pdi. Et formať ſic pa-ralogiſmus.quicquid arať aratro ſcinditur:littus aratur quando indocilis doceť. ergo quãdo indocilis docetur littus aratro ſcinditur. Minoꝛ eſt duplex qꝛ littus arari ſignificat pꝛopꝛie terrã ſcindi:tranſſumitur autē ad ope-ram perdi.Et eſt ſimilitudo in hoc ꝙ qui litt⁹ arat operã perdit:et fruſtra laboꝛat. Tertius modus amphibolo-gie pꝛouenit ex eo ꝙ aliqua oꝛatio compoſita plura ſigni ficat ſeparata vero vnum ſolum.vt ſeculū ſcit hec eñ oꝛo eſt duplex:ſignificat eñ ꝙ aliquis ſciat ſeculū:vel ꝙ ſcľm habeat ſcientiam de aliquo.Et ideo iſta oꝛatio eſt duplex ex eo ꝙ hoc verbū ſcit poteſt oꝛdinari cum hoc quod eſt ſeculū a parte ante.et ſic eſt vera. et ſic nõ ſeqtur cõcluſio vel a parte poſt ⁊ ſic eſt falſa et ſic ſeqtur cõcluſio. Simili ter hic.Quicquid ſcit hoc ſcit quia hec dictio hoc ſuppo-nere poteſt huic vͦbo ſcit vľ apponere.Similiter hic quoſ cunqꝫ vellem me accipere vellem ꝙ acciperēt me.pugnã-tes vellem me accipere.ergo vellem ꝙ pugnãtes accipe-rent me.maioꝛ eſt duplex.quia hec dictio me:poteſt oꝛdi nari cum iſto verbo accipere a pte ante:et ſic ē vera et nõ ſequitur cõcluſio.vel a parte poſt:⁊ ſic eſt falſa ⁊ ſequitur cõcluſio.Similiter iſta dictio pugnãtes poteſt ſupponere vel apponere.Similiter hic.Quicquid videt aliquis hoc

videt:colſinam aliquis videt.ergo colſina videt. Maior
eſt duplex vt dictum eſt in alijs. Similiter hic. quicunq;
ſunt epiſcopi ſūt ſacerdotes:aſini ſunt epiſcopi.ergo aſini
ſunt ſacerdotes:Utraq; premiſſarū ē duplex ex eo ꝙ hec
dictio epiſcopi poteſt eſſe nominatiui caſus vel genitiui.
Quod autem deceptio facta ex diuerſitate caſus faciat
amphibologiam patet. quia caſus datus eſt dictioni ad
hoc vt ordinetur cū alia dictione. Sed ordinatio dictio-
nis cum dictione facit amphibologiam et non equiuoca-
tionem.hoc enī patet ab ariſtotele formāte paralogiſmos
amphibologie ſcdm diuerſitatem caſus et nō equiuoca-
tionis. Sciendum eſt ꝙ ariſtoteles ponit tres modos cō
munes equiuocatiōis et amphibologie. Primus modus
eſt quando dictio vel oratio plura principaliter ſignificat
dictio vt canis.oratio vt liber ariſtotelis. Secundus mo
dus eſt quādo ſic ſoliti ſumus dicere ſcdm tranſſumptio-
nem.tranſſumptio in dictione vt ridere.in oratione vt lit
tus aratur. Tertius modus eſt quando cōpoſitū plura ſi
gnificat:ſeparatū vero vnum ſolū.exemplū in equiuoca-
tione vt his dictionibus imortale.incorruptibile.exēplum
in amphibologia:vt in iſta oratione ſeculū ſcit. In omnibꝰ
enim iſtis compoſitum plura ſignificat: ſeparatū vero vnū
ſolum. Queritur de diſtinctione iſtorum triū modorū com-
muniū:quorū primꝰ eſt quantū ad equiuocationē.quādo
vnū nomē principaliter plura ſignificat.ſcdꝰ prouenit ex
tranſſumptione.tertius eſt quando vnū nomē cōpoſitum
plura ſignificat:ſimplex vero vnū ſolum.vt imortale.incor
ruptibile.et hoc totū verum. Sed tunc obicitur.deceptio
proueniens ex cōſignificatione dictionis nō cōtinet ſub
aliquo iſtorū trium modorum in equiuocatiōe.vbigratia

ſicut in hoc ſillogiſmo.quicunqꝫ ſanabatur ſanus eſt. laborans ſanabatur.ergo laborans ſanus eſt. nõ cõtinetur ſub tertio modo.quia laborans nõ eſt dictio compoſita. nec ſub ſcdõ.quia hec dictio laborans non tenetur tranſumptiue.nec ſub primo.quia primus ꝓuenit ex principali ſignificatiõe:ſed hec dictio laborans nõ ſignificat principaliter tempus:ſed ex cõſequenti per accidentia. ergo illa deceptio facta ex cõſignificatiõe nõ eſt ſub aliq̄ iſtorũ triũ modorũ.Solutio.Deceptio facta ex cõſignificatiõe dictionis cõtinetur ſub primo modo equiuocationis.Ad hoc quod obicitur ꝙ prim⁹ modus ꝓuenit ex principali ſignificatione.Dicendũ eſt ꝙ principalis ſignificatio appellatur hic quicquid ex eadeꝫ impoſitione importať per dictionem. ſed ex eadem impoſitione ſignificat quelibet dictio ſignificationē et ſua accidentia.Ille em̄ qui impoſuit hoc nomen lapis ad ſignificandum lapidem ſub tali genere ſub tali numero impoſuit:et ſic eadem impoſitione impoſitor. quia hec dictio laborans importat ſuum ſignificatum.et conſignificatum:et ſic de aliis.vel dicēdũ eſt ꝙ principalis ſignificatio ponitur in primo modo equiuocationis et amphibologie ad remouendum tranſumptionem in eos.quia tranſumptio ſignificat per dictioneꝫ non principaliter.vt ridere non principaliter ſignificat florere:ſed tranſumptiue et per quandaꝫ ſimilitudinem. Et hec dictio laborãs ſignificat pñs tp̄s et p̄teritũ imp̄fectũ Item queritur quare deceptio facta ex quibuſdam accidentibus facit equiuocationem et ex quibuſdam amphibologiam.Solutio.dico ꝙ quedam ſunt accidentia que conſequũtur dictionem non abſolute ſed prout eſt ordinabilis cum alia dictione ſicut caſus numerus ordinãtur

per dictiones adinuicem per talia accidentia. male enim diceretur hoies currit. qꝛ ibi nõ eſt debitus numerus nec debitus caſus et deceptio ex talibus accidentibus eſt de ceptio in oratione. et ſic eſt in amphibologia ⁊ nõ in equi uocatione. Sed ſunt alia accidentia abſoluta que conſe quũtur dictionem per ſe vt tempus ⁊ genus. et per talia accidentia nõ ordinanť dictiones adinuicẽ. quia ſicut bñ dicitur homo currit: ita bene diciť homo currebat. vnde licet tẽpus varietur: manet tñ eadem conſtructio. et ideo nõ cõſtruũť mediante tp̃e. et ſic deceptio ex talib⁹ accidẽ tib⁹ fit in dictiõe: et ita in equocatiõe nõ in ãphibologia.

SEquiť de fallaciis faciẽtibus mul tiplex potentiale ſcꝫ de cõpoſitione diuiſione ⁊ ac centu. ⁊ prius de cõpoſitione q̃z de aliis. quia para logiſmi fiunt efficatiores ſcd'm cõpoſitionẽ ad finẽ ſophi ſticũ q eſt apparẽs ſapientia ẽt non exiſtẽs. et ideo prius dicendũ eſt de cõpoſitione q̃z de aliis. Cõpoſitio eſt eoꝝ que debent diuidi falſa vnio. Diuiſio vero eſt eorũ que debent cõponi falſa diuiſio. Fallacia cõpoſitionis eſt ido neitas decipiendi proueniens ex identitate orõnis vnius et eiuſdẽ ſcd'm materiã. et ſecũdũ ſitũ magis debitũ parti bus in oratione poſitis. Cauſa apparentie huius fallacie eſt oratio diuiſa habẽs identitatẽ in materia cum orõne compoſita. Cauſa falſitatis ſiue defectus eſt diuerſitas ſenſus cõpoſiti a diuiſo. Notandũ q̧ quando oratio eſt vera in ſenſu diuiſo et falſa in ſenſu ꝯpoſito tũc ẽ fallacia cõpoſitionis: dr̃ tñ orõ ꝯpoſita qñ determinatio determi nat determinabile illud quod magis apta nata eſt determi nare ⁊ ſimiliť dr̃ orõ ꝯpoſita qñ dictões ordinãť ſm ſituꝫ magis debitũ. Et diciť oratio diuiſa quãdo determinãs

determinat illud determinabile quod non eſt magis apta nata determinare vel quando dictiones ordinantur ſecū dum ſitum minime debitū. Unde ſumitur hec oratio gra tia exēpli. quicqd viuit ſemp eſt in iſta orone ſunt duo de terminata ſcz hoc verbum viuit et hoc verbum eſt. et eſt vna determinatio ſcz ſemper ſi ergo hec determinatio ſcz ſemper determinat hoc verbū eſt quod ponitur a parte predicati ſic dicit oratio cōpoſita. quia tūc determinatio determinat determinabile quod magis apta nata eſt de terminare. quia illud verbū eſt ponitur in ſitu determina to ſcz in predicato. Si autez determinat hoc verbū viuit. ſic dicitur diuiſa quia determinat illud determinabile qđ eſt minus apta nata determinare quia illud verbum viuit non ponitur in ſitu determinato ipſius verbi et tunc di ctiones ordinātur ſcđm ſitum minus debitum. Iſtius fal lacie duo ſunt modi. Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliquod dictū poteſt ſupponere pro ſe toto vel pro parte ſui et ſcđm iſtū modū paralogiſatur ſic. quēcūqz poſſibile eſt ambulare poſſibile eſt ꝙ ipſe ambulet ſedentem poſſi bile eſt ambulare ergo poſſibile eſt ꝙ ſedens ambulet. Ad hoc dicēdū eſt ꝙ minor eſt duplex quia ſi hoc dictuz ſedentem ambulare ſupponit pro ſe toto huic predicato poſſibile eſt id eſt ſedens ſedendo poteſt ambulare tunc hec cōpoſita eſt falſa ſicut etiaz eſt impoſſibile dicere ꝙ ſe dens ambulet Si autē iſtud dictum ſupponat pro parte ſui tunc eſt diuiſa et vera et non ſequitur concluſio et eſt ſenſus ſedentē poſſibile eſt ābulare. i. ſedēs nūc habet po tentiā vt poſtea ambulet et ſimiliter quēcūqz eſt poſſibile ſcribere poſſibile ē ꝙ ipe ſcribat nō ſcribētē ſcribere ē poſ ſibile. ergo poſſibile eſt ꝙ nō ſcribens ſcribat Dicendum

eſt ad iſtū paralogiſmū ſicut ad primū. Secūdus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua determinatio poteſt referri ad diuerſa ⁊ penes iſtum modū paralogiſatur ſic. Quicūqꝫ litteras ſcit nunc didiſcit eas ſed iſte aliquis grāmatic⁹ ſcit litteras. ergo nunc didiſcit eas. Dicendū ꝙ maior ē duplex quia hec determinatio nunc poteſt determinare hoc verbū didiſcit et ſic eſt cōpoſita ⁊ falſa ⁊ ſequitur cō- cluſio. vel poteſt determinare hoc verbū ſcit. ⁊ ſic ē diuiſa et vera ⁊ nō ſequitur concluſio Similiter h qd vnū ſolum pōt ferre plura poteſt ferre ſed qd nō pōt plura ferre pōt vnū ferre ergo qd nō pōt plura ferre pōt plura ferre. dicēd ꝙ maior ē duplex q: hec determinatō ſoluꝫ pōt determi- nare hoc ve. bū pōt ſic maior eſt falſa et cōpoſita et ē ſēſ⁹ ꝙ illud qd nō pōt ferre vnuꝫ cum alio pōt ferre plura vel pōt determinare hoc verbū ferre ⁊ ē ſenſus ver⁹ ⁊ ꝓpoſi- tio diuiſa vera ſub hoc ſēſu ꝙ poteſt iam ferre vnū ſolū et ferre nō plura pōt plura ferre. Similiter tu ſcis tantū tres hoies currere poſito caſu ꝙ ſex currant et neſcias d tribꝫ hec eſt duplex quia hec dictio tātū poteſt determinare h verbum ſcis. vel currere. ſi determinat hoc verbū currere ſic eſt compoſita et falſa. ſi ſcis tunc eſt diuiſa et vera et paralogiſatur ſic. tu ſcis tantuꝫ tres hoies currere poſito caſu ꝙ ſex currāt ſed quicquid ſcitur eſt verū ergo tantum tres hoies currere eſt verū. maior ē duplex vt iam dictū ē

De fallacia diuiſiōis quid ſit diuiſio dictū eſt prius. Fallacia diuiſionis eſt idoneitas decipiendi prouenieus ex eo ꝙ aliqua oratio cō poſita eſt vera et diuiſa falſa vna et eadem manēs ſcdm materiam. differens ſecundum formam diuerſa ſignificat

que creditur eſſe vera in ſenſu diuiſo eo ꝙ veritatem ha
bet in ſenſu compoſito. Cauſa apparentie huius fallacie
eſt oratio compoſita habẽs idẽtitatem in materia cũ orõ-
ne diuiſa: vel cauſa apparẽtie ẽ identitas orõnis eiuſdeꝫ
ſcđm ſubſtãtiaꝫ et ſcđm ſituꝫ minꝰ debitũ. Cauſa defectꝰ
eſt diuerſitas ſenſus diuiſi a ſenſu cõpoſito. iſtius fallacie
duo ſũt modi. Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliquã
cõiũctio poteſt copulari inter terminos vel inter propo-
ſitiones et ſcđm iſtum modum paralogiſatur ſic. Que-
cunqꝫ ſunt duo et tria ſunt duo et ſunt tria: quinqꝫ ſunt
duo et tria ergo quinqꝫ ſunt duo. et quinqꝫ ſunt tria. Ad
hoc dicendum ꝙ minor eſt duplex quia hec cõiunctio et.
põt cõiungere et copulare inter terminos vel inter ꝓpõ-
nes. ſi inter terminos ſic eſt vera compoſita et eſt ſenſus
duo et tria ſimul iuncta faciũt quiqꝫ. ſi inter ꝓpoſitões
ſic eſt falſa et diuiſa. ⁊ eſt ſenſus ꝙ duo ſunt quiqꝫ ꝑſone
et ꝙ tria ſunt quiqꝫ perſone quod ẽ falſuꝫ. ſimiliter eſt hic
quecũqꝫ ſunt duo et tria ſũt paria et imparia. quiqꝫ ſunt
duo et tria ergo quiqꝫ ſunt paria et imparia. Dicendum
eſt ꝙ minor eſt duplex qꝛ ibi poteſt eſſe copulatio inter
terminos et ſic eſt vera et cõpoſita et eſt ſenſus quiqꝫ ſũt
duo ⁊ tria inſimul coniũcta. vel ibi ẽ copulatõ inter ꝓpõ-
nes ⁊ ſic ẽ falſa ⁊ diuiſa. ⁊ ẽ ſenſꝰ quiqꝫ ſunt duo ⁊ quiqꝫ
ſunt tria quod eſt falſũ. Similiter hic omẽ aĩal ẽ rõnale vl'
irratõnale. ſed nõ oẽ aĩal ẽ rationale ergo oẽ aĩal ẽ irratõ-
nale Dicendũ ꝙ maior eſt duplex ex eo ꝙ iſta cõiunctio
vel põt cõiungere inter terminos ⁊ ſic ẽ vera ⁊ cõpoſita
vel inter ꝓpoſitiones ⁊ ſic ẽ falſa et diuiſa. Similiter hic
omne animal vel eſt ſanum vel egrum vel hec omnis ſub-
ſtantia eſt corporea vel incorporea vel hic. omnis linea ẽ

recta vel curua vnde omnes iſte ſunt vere quando coniunctio coniungit inter terminos et ſūt cōpoſite Sed ſūt falſe quando cōiūctio cōiungit inter orationes et ꝓpoſitiones et diuiſe quia coniunctio per ſe et primo eſt coniunctiua partium orationis. ex conſequenti ipſa coniungit orationem cum oratione. Secundus modus huius fallacie diuiſionis prouenit ex eo ꝙ aliqua determinatio poteſt referri ad diuerſa vt hic quo vidiſti hunc percuſſum hic percuſſus eſt ſed oculo vidiſti hūc percuſſum ergo oculo percuſſus eſt. Dicendum ꝙ minor eſt duplex quia iſte ablatiuus oculo poteſt determinare hoc participium percuſſus et ſic eſt diuiſa et falſa ⁊ eſt ſenſus tu vidiſti hunc percuſſum oculo Et ſic ſequitur cōcluſio vel poteſt determinare hoc verbum vidiſti et ſic eſt compoſita et vera et tunc eſt ſenſus: tu vidiſti cum oculo hūc percuſſum. ſed tunc non ſequitur concluſio

## SEquitur de fallacia accētus: accēt⁹

eſt certa lex et regula ad eleuandū vel deprimēdum ſillabam vniuſcuiuſq; dictionis et iſte accētus diuiditur in accentum grauem acutum et circunflexū Grauis eſt qui deprimitur in fine. Acutus accentus eſt qui in fine eleuatur vel acuitur. Circunflexus eſt qui acuitur et deprimitur ſimul vel circunflexus eſt qui procedit ab ymo et procedit in altum et finaliter tendit in ymū vt iheruſalem Fallacia accentus eſt ydoneitas decipiendi procedens ex multiplicitate dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam: diuerſe ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificantis. Cauſa apparentie huius fallacie eſt vnitas dictionis ſecundum materiam vel

ſcd̄m ſubſtantiam ſolum. Cauſa deffectus eſt diuerſitas ſignificatoꝝ. Iſtius fallacie duo ſūt mōi. Prim⁹ modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio poteſt ꝓferri diuerrſis accentib⁹ vt hic. omnis populus eſt arbor. gens eſt popul⁹ ergo gens eſt arbor. Dicendū eſt ꝙ maior eſt duplex qꝛ prima ſillaba huius dictionis populus poteſt proferri lōga et ſic eſt vera ⁊ nō ſeqtur cōcluſio. vel poteſt eē breuis et ſic eſt falſa et ſequit̄ concluſio. Similiter hic. oīs ara eſt in tēplo. ſtabulū porcoꝝ ē ara ergo ſtabulū porcoꝝ ē in tēplo. dicēdū hic ſic̄ prius. ſimiliter hic. Quicqd hamat̄ hamo capit̄ mulier amat̄ ergo mulier hamo capit̄. Dicēdū eſt ꝙ maior eſt duplex ideo ꝙ hec dictio hamatur poteſt proferri cū aſpiratione vel ſine aſpiratiōe. ſi primo modo ſic eſt vera et non ſeqtur cōcluſio. ſi ſcd̄o modo ſic ē falſa et ſequit̄ concluſio. vel ſic. Quoſcūqꝫ viros iuſtū eſt pendere dignū eſt penā pati ſed iuſtos viros iuſtū ē pēdere ergo iuſtos viros dignū eſt penaſ pati. Unde vtraqꝫ premiſſaꝝ eſt duplex eo ꝙ hec dictio pēdere poteſt proferri media longa vel breui. Scd̄us modus prouenit ex eo ꝙ aliqua vox poteſt eſſe dictio vel oratio. vt hic. Tu es qui es: ſed quies eſt requies ergo tu es requies. Dicendū ꝙ maior eſt duplex eo ꝙ quies poteſt eſſe dictio vel oratio ſi ſit dictio ſic ē falſa et ſequit̄ ꝯcluſio. ſi ſit orō ſic ē vera et nō ſeqtur cōcluſio. Similiter hic. Quicquid fecit deus inuite fecit deus coacte. ſꝫ de⁹ fecit vinū in vite. ergo de⁹ fecit vinū coacte. Dicēdū ꝙ maior ē duplex eo ꝙ in vite poteſt eſſe oratio vel dictio. ſi dictio ſic eſt vera et non ſequitur concluſio. vel poteſt eſſe oratio ⁊ ſic eſt falſa et ſequitur cōcluſio. Similiter qcūqꝫ habꝫ dilectionē ſupernam habet dilectionē dei vſurari⁹ habꝫ dilectiōeſ ſupnā

ergo vſurarius habet dilectionē dei. Dicendum ꝙ hec dictio ſupernā poteſt capi dupliciť. vno modo vt eſt dictio. et ſic minor eſt falſa: et ſequiť cōcluſio. Alio mō pōt eſſe oratio: et ſic eſt vera et nō ſequitur cōcluſio. ſimiliter hic: metuo longanas pereūte noctes lidia dormis. vnde hec dictio metuo poteſt eſſe dictio vel oratio.

## Sequitur de fallacia figure dictionis.

Fallacia figure dictionis vltimo ponitur inter fallacias in dictione quia facit multiplex fantaſticū. Figura enī eſt que termino vel terminis clauditur. termīo vt circulus. termīs vt triangulus quadrāgulus et ſimilitudinarie. Fallacia figure dictionis eit ſimilitudo dictionis cū dictione penes finalē terminationē in parte nō idem ſignificante. et facit multiplex fantaſticū. Eſt autē multiplex fantaſticū quādo aliq̄ dictio ſignificat vnū: et videtur ſignificare aliud propter ſimilitudinē quā habet in parte cū alia dictione. vt videre ſignificat paſſionē ⁊ videtur ſignificare actionē ꝑpter hoc ꝙ eſt ſimile huic v̄bo agere. Cauſa apparētie huius fallacie eſt ſimilitudo dictōnis in parte cū alia dictiōe nō idē ſignificāte. Cauſa defectus huius fallacie eſt diuerſitas eorū que videnť eſſe ſimilia. Iſta autē ſimilitudo fit tribus modis ſcilicet voce ſignificatione ⁊ ſuppoſitione. et ſecundū hoc tres ſunt modi huius fallacie. Primꝰ modus prouenit ex ſimili termīatione dictionis cū alia dictione. vt qualiſcūq; eſt muſa talis eſt poeta. ſed muſa eſt feminī generis. ergo poeta eſt feīni generis. Dicēdū eſt ꝙ nō ſequitur ꝙ ſi aliq̄ ſint eiuſdē termīationis ꝙ ſint propterea eiuſdem gn̄is. ſimiliter hic. omīs aqua eſt humida

fluuius eſt aqua ergo fluuius eſt humida. Dicēdū ꝙ nō oportet ꝙ ſi fluui⁹ ſit aqua ꝙ ergo quicquid dicatur de aq̄ ꝙ hoc etiā dicatur de fluuio ſub eadē determinatiōe. vel ſic. omnis homo eſt albus. mulier eſt homo. ergo mulier eſt albus. Unde in oībus predictis paralogiſmis maſcu linū interpretatur feīnū. aut ſi formetur ſic paralogiſmus muſa et poeta ſimiliter terminant̄. ſed muſa eſt femini ge neris. ergo ⁊ poeta. tunc nō eſt ibi fallacia figure dictiōis ſed fallacia cōſequētis a ꝯmuniter accidētibus. vt poſtea patebit. Secūdus modus prouenit ex mutatione vni⁹ pre dicamēti in aliud. vel quādo vna ſpecies vni⁹ predicamē ti mutatur in aliā ſpeciē. vt hic quicqd heri emiſti hodie comediſti. carnes crudas heri emiſti. ergo carnes crudaſ comediſti. Dicēdū ꝙ nō ſequitur ꝙ quicqd dicit rē de predicamēto ſubſtātie: crudū dicit rē de predicamēto q̄li tatis. et ſic proceditur de vno predicamēto in aliud. ſimi liter hic. Quicqd heri vidiſti hodie vides: ſed vidiſti heri albū. ergo albū hodie vides. Dicēdū ꝙ non ſeqtur q2 al bum ſignificat per modū qualitatis: quicqd vero dicit rē de predicamento ſubſtātie. Similiter Do tibi ſolū dena riū. ſed ſolū denariū non habeo. ergo do tibi quod non habeo. Dicendū ꝙ hec dictio ſolū dicit relationē. q2 vt habetur in ſecūdo elenchorū: ſolū dicitur quaſi non cum alio. et hec dictio quod dicit ſubſtātiā. et ſic proceditur a relatione ad ſubſtantiā. Similiter eſt hic Aliquis dat cito equū. ſed nō habet cito equū. ergo aliquis dat cito quod non habet. Dicendū ꝙ non ſequitur quia cito dat modū actus ſiue qualitatem. et quod dicit ſubſtantiā. et ſic pro ceditur a qualitate ad ſubſtātiam. Similiter hic ſi proce ditur ab vna ſpecie vni⁹ predicamenti ad aliam. vt quan-

toſcunqꝫ digitos heri habuiſti hodie habes.decem digi-
tos heri habuiſti:ergo decem digitos hodie habes.poſi-
to ꝙ vnū amiſeris. Dicendū ꝙ non ſequitur quia hec di
ctio quantoſcunqꝫ dicit quātitatē cōtinuam.et hec dictio
decem dicit quantitatē diſcretam. Tercius modus ꝑue
nit ex diuerſa ſuppoſitione termini. vt homo eſt ſpecies.
ergo aliquis homo eſt ſpecies. Et hec homo eſt digniſſi-
ma creaturarum.ergo aliquis homo eſt digniſſima crea-
turarum.hic eſt proceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad per
ſonalem. Similiter hic. Omīs homo eſt aīmal. ergo om-
nis homo eſt hoc aīma . Similiter hic. Animal eſt ſortes
aīmal eſt plato ⁊ ſic de aliīs.ergo aīmal eſt omnis homo
hic fit proceſſus a pluribus determinatis ad vnam det-
minatam.et iſte modus ſolet appellari vniuocus: quia il-
le terminus aīmal vniuoce et equaliter ſic ſe habet ad om
nia ſuppoſita. vnde ī qualibet premiſſarum ſupponit pro
vno.in cōcluſione vero pro pluribus. et ſic variatur eius
ſuppoſitio. Et intelligendū ꝙ in predictis quale quid in-
terpretatur hoc aliquid.id eſt cōmune vel vniuerſale īter
pretatur ſingulare.ſi enī aīmal eſt hoc aliquid: ſi tunc ar-
guatur aīal eſt ſortes. aīmal eſt hō plato.et ſic de aliīs. er
go aīmal eſt omnis hō:eſt bonū argumentū.ſicut hic ſor-
tes currit.plato currit ⁊ ſic de aliīs.ergo omīs hō currit.
Similiter hic nō ſequit̄ quando fit proceſſus ab īmobili
ſuppōne ad mobilē.vt oīs hō eſt aīal.ergo omīs hō eſt h̄
aīal ⁊ ſic de aliīs.hos tres modos poīt ariſtoteles dicēs
ꝙ figura dictiōis fit qn̄ interpretatur nō idē vel diuerſū.
vt maſculinū femininū vel neutrū vel ecōuerſo et rurſus
quid interpretat̄ quale vel quantū. iterum quando cōmu
ne interpretatur ſingulare.vel hoc aliquid.

SEquitur de fallacijs extra dictio/
nem que ſunt ſeptē ſcilicet accidēs. ſecūdū qd
ad ſimpliciter. ignorātia elenchi. petitio princi
pij.cōſeqnens.non cauſa vt cauſa.ſecūdū plures interro
gationes vt vnā. Differunt iſte fallacie a fallacijs ī dicti/
one:quia fallacie in dictione habēt cauſā apparentie ex
parte vocis. Sed fallacie extra dictionē habēt cauſā ap/
parentie et defectꝰ ex parte rei et nō ex parte vocis. ⁊ ꝓ
pter hoc dicunt extra dictionē. Inter has prīo dicēduꝫ
eſt de fallacia accidentis. Unde accidens ꝓut ſumit idē
eſt ꝙ extraneū:in parte idē et ī parte diuerſū. vt hic hō ē
ſpecies.ſortes eſt homo.ergo ſortes eſt ſpecies.homo ei
eſt in parte idē cū ſpecie. ſcilicet qñ arguit pro re vniuer
ſali:et in parte eſt diuerſū a ſpecie. ſcilꝫ qñ ſumit pro ſup
poſitis. Notandū ꝙ in fallacia accidētis ſunt iſta tria. ſci
licet accidēs/et res ſubiecta/⁊ attributū.exēplū vt homo
eſt ſpecies.ſortes eſt homo. ergo ſortes eſt ſpecies. hoc
mediū homo eſt res ſubiecta. et mior extremitas eſt acci
dens.et maior extremitas eſt attributū. Cauſa apparētie
eſt cōuenientia aliquorū duoꝝ in aliquo tercio ſcd̄m par
tem:ſiue eſt partialis idētitas aliquorū duorū Cauſa de/
fectus eſt diuerſitas eorūdē. Huiꝰ fallacie tres ſunt modi
Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliquid vere predica/
tur de aliquo ſubiecto ⁊ propter hoc creditur dici de ac
cidente eius a quo eſt diuerſum. vel quando aliquid pri/
mo attribuitur rei ſubiecte in premiſſis:et poſtea attribui
tur eius accidēti in cōcluſiōe.vt hic homo eſt ſpecies.ſor
tes eſt homo. ergo ſortes eſt ſpecies. dicēdū ꝙ nō valet
quia ille terminꝰ ſpecies qui eſt attributū aſſignat ineſſe

ſorti qui eſt accidẽs eo ꝙ dicitur de hoie qđ eſt res ſub⸗
iecta. Similiter hic. Animal eſt genꝰ. homo eſt animal. er
go homo eſt genus. Similiter hic omne es eſt naturale.
ſtatua eſt es. ergo ſtatua eſt naturalis. non ſequitur qꝛ na
turale vere pꝛedicatur de ere et pꝛopter hoc attribuitur ĩ
concluſione ſtatue quod non eſt verũ. Similiter hic. Co
gnoſco coꝛiſcũ. coꝛiſcus eſt veniens. ergo cognoſco veniẽ
tem. Dicendũ ꝙ non opoꝛtet ꝙ ſi cognoſcas coꝛiſcũ ſe⸗
cundum ſe: ꝙ pꝛopter hoc cognoſcas ſub illo accidente
quod eſt veniens. Secũdus modus pꝛouenit ex particu⸗
lari identitate aliquoꝛũ duoꝛũ in aliquo tercio. vel quan⸗
do aliquod cõmune pꝛedicatur de aliquibus duobus cũ
quibus eſt in parte idem et in parte diuerſum: et pꝛopter
hoc illa duo creduntur eſſe eadem inter ſe. vt hic ſoꝛtes
eſt homo. plato eſt homo. ergo ſoꝛtes eſt plato. Similiter
hic homo eſt animal. equus eſt animal ergo equus eſt ho
mo. Dicendum ꝙ non opoꝛtet ꝙ ſi aliqua duo cõueniãt
in aliquo tercio ꝙ pꝛopter hoc cõueniant inter ſe. Terci
us modus pꝛouenit quando ex duobus aliquibus diui⸗
ſim ſumptis male infertur aliquod cõiunctũ ſecundũ ac⸗
cidens. vt iſte eſt albus. ⁊ eſt monachus. ergo eſt albꝰ mo
nachus. Similiter hic. iſte canis eſt pater ⁊ eſt tuus. ergo
eſt pater tuus. nõ ſequitur quia licet illa cõueniant in ali⸗
quibus ſecundũ partem: tamẽ ſecũdum partẽ aliam diffe
runt. Et ſciendũ ꝙ non licet inferre ex diuiſis coniunctũ
vt habetur in ſecundo periarmenias quando pꝛedicãtur
diuerſa accidentia ſibi inuicem per accidens cõuenientia
ſicut album eſſe monachũ Similiter quãdo duo pꝛedicã
tur quoꝛũ ſecundũ intelligitur in pꝛimo. vt vniuerſale in
ſuo ſpecialioꝛi. vt iſte eſt homo. ⁊ eſt aĩal: ergo eſt hõ aĩal

quia animal intelligitur in homine ſicut albū in homīe al‑ bo Sed in omnibus alijs licet ex diuiſis inferre cōiūctū. Unde notandū eſt ꝙ quādo aliqua duo accidētia pꝛedi cantur de aliquo quoꝛū pꝛimo in ſubiecto eſt per alterū ⁊ nō per ſe: ex talibus diuiſim captis nō licet inferre cōiun‑ ctū vel econtra. vt iſte eſt albus ⁊ eſt monachus. ergo eſt albus monachus. nā albedo nō eſt in ſubiecto ſecūdū ſe: ſed ſcd̄m habitū. Similiter ex cōiunctis nō licet iferre di uiſum quando illa que cōiungunt̄ diminuūt de ratiōe al‑ terius. vt iſte homo eſt moꝛtuus. ergo eſt homo ⁊ moꝛtu us. Jn omnibus autē alijs licet ex cōiunctis inferre diui ſum. ſed illud vltimū argumentū facit fallaciam ſecūdum quid ad ſimpliciter. Accidens ſic diffinitur ab ariſtotele. Accidēs eſt quod eſt extraneū in parte idē et in parte di uerſum. Secundū accidēs vero fiunt paralogiſmi quādo idē ſimiliter fuerit aſſignatū ineſſe rei ſubiecte et acciden ti. vt homo eſt ſpecies ſoꝛtes eſt homo. ergo ſoꝛtes ē ſpe cies. homo enī ſecūdū ꝙ ſibi cōuenit eſſe ſpeciē aliter ca‑ pitur a modo per quē cōuenit ſoꝛti et platoni: quia cōue‑ nit ei eſſe ſpeciē vt eſt eſſentia quedā cōmunis pꝛedicabi lis de pluribus. et pꝛout eſt in pluribus ſic eſt in ſoꝛte ⁊ i platone. et ſic ſoꝛtes eſt accidēs: homo vͦ res ſubiecta ⁊ ſpecies ſignificatur vtriſqꝫ ineſſe. Unde accidēs nō ſumi tur hic vt diffinitur a poꝛphirio: ſed vt dictū eſt.

SEquitur de fallacia ſecūdū quid ad ſimpliciter. Dictū ſecundū quid appellat̄ hic determinatio diminuēs de ratione vel de eſſe cui adiungitur. vt cū dico homo moꝛtuus. moꝛtuū ei diminuit de rōne hoīs. Dictū ſimplicit̄ appellat̄ aliquid

non diminutũ vt homo. Fallacia ſcdm qd ad ſimplicitˀ ē ydoneitas decipiendi proueniēs ex apparēti cōuenientia dicti ſecūdū quid ad dictū ſimpliciter. Cauſa apparentie huius fallacie eſt cōuenientia huius dicti qđ eſt ſecundū quid ad illud quod eſt ſimpliciter et ecōuerſo. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorū. Fit aūt hec fallacia tot modis quot modis cōtingit addere alicui determinationem diminuētem. Primo modo ſecūdū partē in modo. vt ille eſt homo mortuus: ergo eſt hō. nō ſequitur qꝛ mortuū diminuit de ratione hoīs. et hic chimera eſt ens opinabile. ergo chimera eſt ens. nō ſeqtur quia opinabile diminuit de ratione huiꝰ quod eſt eſſe. Secūdo mō ſecundū partē integralē. vt ethiops eſt albus ſecūdū dētes: ergo eſt albus. Tercio modo in his que ſunt ad aliquid. vt diuitie non ſunt bone male vtenti: ergo diuitie nō ſūt bone. nō ſequitur. licet enī diuitie cōparate ad aliqd nō ſint bone: tamē in ſe ſunt bone. Quarto mō in his que ſecundum locū ſunt. vt bonū eſt mactare patrem internallis: ergo bonū eſt mactare patrē ſuū. vel ſic. Bonū eſt vti dieta in locis egrotatiuis. ergo bonū eſt vti dieta. Quito mō in his que ſunt ſecundū tempus. vt bonū eſt ieiunare in quadrageſima: ergo bonū eſt ieiunare. vel ſic. Expedit alicui mederi quando egrotat: ergo expedit alicui mederi. non ſequitur. quia licet expediat mederi ſecundum quid non tamen ſimpliciter. Sciendum autem ꝙ in omnibus iſtis inſpiciendum eſt ad contradictionem. vt ſi aliquis reſpondēs dicat ꝙ nō expedit mederi et opponēs aſſumat ꝙ expedit quando egrotat non cōtradicit ei ſed ſtat in fallacia ſecūdum quid ad ſimpliciter. Et ſciendum ꝙ eadē eſt fallacia ſi ex eo quod ē ſcdm qd inferatˀ

ſimpliciter et econuerſo. ⁊ intelligendū eſt ꝙ iſta fallacia quando fit ab eſſe ſecūdū quid vt in pluribus fit affirmatiue. ſed quādo fit a dicto ſimpliciter vt in pluribus argr̄ negatiue. Sequitur fallacia ignorātie elenchi.

ELenchus eſt ſillogiſmus contradictorius vnius et eiuſdē nō nominis tantum nec etiā rei tantū ſed nominis et rei ſimul nō ſynonimi ſed eiuſdē et ex his que data ſunt de neceſſitate non ꝯnumerato eo qđ erat in principio: ad idē ſecūdū idem ſimiliter et in eodem tēpore. Elēchus eſt ſillogiſmꝰ ꝯtradictionis id eſt ſillogiſmus cōcludens cōtradictoriā propoſitionis date a reſpōdente. In diffinitione elēchi quedam ponūtur ratiōe ſillogiſmi. vt ex his que data ſūt ex neceſſitate accidere: per quod remouetur fallacia accidentis. et ponitur nō cōnumerato eo qđ erat in principio per qđ remouetur petitio pricipij. vt poſtea patebit. Alia ponūtur ratione cōtradictionis. vt vnius et eiuſdē: id eſt vnius ſubiecti ⁊ vnius predicati. vnde niſi eſſet idē ſubiectum et idē predicatū nō eſſet cōtradictio. vt ethiops eſt niger. ethiops nō eſt niger ſcđꝫ dentes. ex quo nō eſt idē predicatū ideo nō eſt cōtradictio. Et ſimiliter hic nullus homo mortuus currit. et quidā homo currit: nō eſt cōtradictio quia non eſt ibi idem ſubiectū. Itē ſecundū idē ad idem ſimiliter et in eodē tēpore: ponūtur ratione cōtradictionis. Et contra iſtas quattuor partes peccat hec fallacia que dicitur ignorātia elenchi ſecūdū ꝙ eſt vna de tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter ⁊ tūc ſic diffinitur. Ignorātia elenchi eſt vnus defectus generalis ad quē reducuntur oēs alie fallacie oſtēdēdo quomō

peccant contra iſtas particulas. vt poſtea patebit. Iſte ei particule nõ nois tantũ nec rei tantũ ſed nois et rei ſimul non ſynonimi ⁊ ſic de alijs: ponũtur ratione ſillogiſmi ⁊ ratione cõtradictiõis q2 iſte exigũt ꝙ nomẽ ſit vnũ ⁊ res vna. ⁊ ꝙ nõ ſit nomẽ ſynonimũ. vnde nõ eſt ibi ꝯtradictõ marcus currit. et tullius nõ currit. nec eſt ibi ſillogiſmus. omnis gladius ſcindit. quoddã inſtrumẽtũ eſt enſis. ergo quoddã inſtrumẽtũ ſcindit. Fallacia ignorãtie elẽchi eſt ydoneitas decipiẽdi ꝓueniẽs ex apparenti obſeruatione particularũ diffinitionis elenchi que cõueniũt ratione cõtradictionis tantũ ſcilicet ad idẽ ſecũdũ idẽ ſimiliter ⁊ in eodẽ tempore. Cauſa apparentie huius fallacie eſt cõuenientia dictorũ ſecũdũ qd ad dicta ſimpliciter. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorũdẽ. Unde huius fallacie ſũt q̃tuor modi. Prim⁹ modus eſt ꝯtra hanc particulã ad idẽ vt duo ſunt duplũ vni⁹ et non ſũt duplũ triũ. ergo ſũt duplũ ⁊ non duplũ. et in vtraq3 premiſſarũ nõ ſumit̃ duplũ ad idẽ et ideo non ſequit̃. Secundus modus peccat contra illã particulã ſecũdũ idẽ. vt hoc eſt duplũ illi ſecundũ latitudinẽ. et nõ eſt duplũ ſecundũ longitudinẽ. ergo eſt duplũ et non duplũ. Nõ ſequit̃ quia duplũ nõ ſumit̃ ſecundũ idẽ: licet ſumatur reſpectu eiuſdẽ. Tercius mod⁹ peccat cõtra illã particulã ſimiliter. vt hõ eſt ſpecies. null⁹ homo eſt ſpecies. ergo idẽ eſt ſpecies et nõ ſpecies. nõ ſequitur quia ibi nõ eſt cõtradictio in premiſſis: quia ille terminus homo nõ ſumitur ſimiliter quia in vna ſumit̃ pro ſuis inferioribus. in alia vero non ſed pro ſe toto vel pro ſua forma. Quartus modus peccat cõtra hanc ꝑticulam in eodẽ tẽpore. vt manus mea eſt clauſa in hoc inſtãti. et non eſt clauſa in hoc inſtãti. ergo eſt clauſa et nõ clauſa.

non ſequitur quia non eſt in eodem tēpoꝛe. Differt autē hec fallacia a fallacia ſecundū quid ad ſimpliciter: quia in illa eſt pꝛoceſſus ab vno ſecundū quid ſumpto ad vnum ſumptū ſimpliciter. vt hoc eſt duplū ſecundū lōgitudinē: ergo eſt duplū. in iſta vero eſt pꝛoceſſus a duobus ſcd̄m quid ſumptis: ad duo ſumpta ſimpliciter. vt hoc ē duplū illi ſecundū longitudinē et non ſecundū latitudinē: ergo ē duplū et nō duplū. Sequit̄ de fallacia petitiōis pꝛīcipij.

PEtere id quod eſt in pꝛincipio eſt quando cōcluſio que habet pꝛobari ſumit̄ ī pꝛemiſſis. cū ergo idē ſub eodē nomīe nō poteſt ſe ipſum pꝛobare vt hō currit: ergo hō currit. in talibus enī eſt petitio pꝛīcipij ſed talis argumētatō eſt ridiculoſa nec cadit ſub arte: nec eſt petitio huius quod eſt in pꝛincipio Aliud enī eſt petere pꝛincipiū et petere illud quod erat ī pꝛincipio. quia petere pꝛincipiū eſt quando petitur idem ſub eodē nomīe. vt homo currit ergo homo currit. ⁊ iſto modo nulla eſt fallacia qꝛ nō cōtinetur ſub aliqua ſpecie argumētationis nec ſecūdū veritatē nec ſecundū apparētiam ſed talis petitio pꝛincipij peccat contra ſillogiſmum ſimpliciter dictū. Sed petere illud quod eſt in pꝛincipio ē quando idē petitur ſub diuerſo nomine. vt aial rationale currit. ergo homo currit. vel ſic. Petere illud quod eſt in pꝛincipio eſt quādo minus notū ſumitur ad pꝛobatōnem magis noti. Cauſa apparentie hui⁹ fallacie eſt diuerſitas concluſionis cū pꝛemiſſis. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eoꝛundē. Petitur autē illud quod eſt in pꝛincipio quinqꝫ modis. vt patet octauo thopicoꝝ. Primo modo quando diffinitum petitur in diffinitione et econtra. vt ſi dubita-

retur vtrum homo currat vel non currat fiat argumentū
animal rationale currit:ergo homo currit.nulla eſt ibi ꝓ
batio.quia quando alterū dubitatur:neceſſe eſt alterū du
bitari.et ita ſi ſumatur vnū ad probandū aliud peccatum
eſt.Secundus modus eſt quādo particulare petit in vni
uerſali.vt nullus hō currit:ergo ſortes nō currit.vel ſi ali-
quis debeat probare ꝙ omniū cōtrariorū eſt eadem di-
ſciplina ⁊ aſſumat:omniū oppoſitorū eſt eadem diſcipli-
na.ergo omniū cōtrariorū eſt eadem diſciplina. hic petit
cōcluſio in premiſſis. Tercius modus eſt quādo vniuer
ſale petitur in ꝑticularibus. vt ſi aliquis debeat probare
ꝙ omniū oppoſitorū eſt eadē diſciplina: et ſumat iſtam
omniū contradictoriorū contrariorū et ſic de alijs eſt ea-
dem diſciplina. ergo omniū oppoſitorū eſt eadem diſci-
plina.vel ſic.ſortes currit.plato currit et ſic de alijs. ergo
omnis homo currit.Quartus modus eſt quādo cōiūctū
petitur in diuiſis vel ecōtra. vt ſi aliquis debeat probare
ꝙ medicina eſt diſciplina ſani et egri: et dicat ſic. Medi
cina eſt diſciplina ſani.et medicina eſt diſciplina egri.er-
go medicina eſt diſciplina ſani et egri. Quintus modus
eſt quando vnū relatiuorū petitur in alio. vt ſi quis debe
at probare ꝙ ſortes ſit pater platonis:probetur ſic. plato
eſt filius ſortis:ergo ſortes eſt pater platonis.non ſequit
quia hoc aſſumitur quod eſt probandū. Sciendum eſt ꝙ
hec fallacia non impedit ſillogiſmū inferentem ſed probā
tem. et ita fallacia petitionis peccat cōtra ſillogiſmū dya-
leticum inquātū dyaleticus eſt.

DE fallacia conſequentis dicendū
eſt.Secundū conſequens fiūt paralogiſmi co

ꝙ credimus conſequentiam conuerti que non conuerti-
tur. Fallacia conſequentis eſt idoneitas decipiendi ꝓ-
ueniens ex apparentia conſequẽtis cõuerſe que non cõ-
uertitur. Cauſa apparẽtie huius fallacie eſt conuenientia
vnius cõſequentie vere ad aliam nõ veram. Cauſa falſi-
tatis eſt diuerſitas earundẽ. Et ſciendũ ꝙ bene tenet ar-
gumentũ a poſitione antecedentis ad poſitionẽ conſeq̃n
tis. Huius fallacie tres ſũt modi. Primus modus eſt qñ
arguitur a deſtructione antecedentis ad deſtructionẽ cõ
ſequentis. vt ſi homo eſt: animal eſt. ergo ſi homo nõ eſt:
animal non eſt. vel a poſitione cõſequentis ad poſitionē
antecedentis. ſi mel eſt: rubeũ eſt. ergo ſi rubeum eſt: mel
eſt. Ad iſtũ enĩ modũ reducunt̃ omnes praue argumen-
tationes ab inferiori ad ſuperius deſtructiue. vnde quoti
enſcunq; fit proceſſus ab inferiori ad ſuperius cũ diſtri-
butione ſuperioꝝ vt omnis homo currit: ergo omne ani-
mal currit: ibi cõmittitur iſta fallacia. vel nullus homo cur
rit. ergo nullũ animal currit. Secundus modus ſolet po-
ni ab inſufficienti inductione ſingularium. vt ſortes eſt a-
nimal et econuerſo. plato eſt aĩmal et ecõuerſo. ergo om
nis homo eſt animal et econuerſo. hic enumerantur om-
nes ſingulares illius omnis homo eſt animal: ⁊ nõ huius
omne animal eſt homo q̃ ſignificantur per cõpoſitionem
huius quod eſt econuerſo ad hanc omis homo eſt aĩmal
Tercius modus ꝓuenit a cõiter accidentibꝰ. ⁊ dicunt̃ cõ
muniter accidẽtia q̃ ſe aliqñ cõſequũtur et aliqñ nõ. vt il-
le eſt comptus: ergo eſt adulter. ſimiliter hic Muſa ⁊ poe
ta ſimiliter terminantur. ſed muſa eſt feminini generis. er
go et poeta. non ſequit̃: qꝛ idẽtitas gñis et t̃minatiõis ali-
qñ ſe ꝯſequũtur ⁊ aliqñ nõ: eo ꝙ nõ eſt in omnibus: ſed

In aliquibus. Si aliquis dicat ꝙ in hoc vltimo tercio modo nõ tenet ecõuerſo/vnde.ibi nõ eſt cõſequētia. Dicendū eſt ergo ꝙ ſecūdū quoſdā ſumit cõſequētia cõmunit ad cõſequētiā neceſſariā et probabilē.et in iſtis nõ ſumit cõſequētia neceſſaria ſed probabilis.taliter autē ordinātur iſti modi ab ariſtotele iſto modo ordinato.

Sequitur de fallacia ſecundū non cauſā vt cauſā. Ad cui⁹ euidētiā ſciendū ꝙ duplex eſt ſillogiſmus: ſcilʒ oſtenſiuus ⁊ ad ĩpoſſibile. Oſtenſiuus eſt qui habet vnā ſolā ꝯcluſionē. Sillogiſmus vero ad ĩpoſſibile eſt qñ aliquis ſillogiſtice ducit ad ĩpoſſibile ⁊ propter hoc interimit aliq̄ premiſſarū que erit cauſa illius ĩpoſſibilis. vnde iſte ſillogiſmus ſemper habet duas ꝯcluſiones. vt cū dicit eſt ne hõ aſinus: hoc cõceſſo Cõtra nullus aſin⁹ eſt aĩal rationale mortale. hõ eſt aſinus. ergo hõ non eſt aĩal rationale mortale. ſed hoc eſt ĩpoſſibile: ergo et iſta homo eſt aſinus. ⁊ ille ſillogiſmus eſt in q̄rto modo p̄me figure. Sciēdū eſt enĩ ꝙ nõ cauſa vt cauſa ſemp fit in ſillogiſmis ad ĩpoſſibile. Fallacia autē ſecūdū nõ cauſā vt cauſam fit quādo nõ cauſa ponitur vt cauſā et propter hoc apparet ſequi ĩpoſſibile et illud quod apparet eſſe cauſa ĩterimit. vt ſi q̄ratur eſt ne brunellus homo: quo cõceſſo. Cõtra nullus aſinus eſt animal rationale mortale. ſed homo eſt aſinus et brunellus eſt homo. ergo homo non eſt aĩal rationale. hoc autē eſt ĩpoſſibile. ergo brunellus non eſt homo. In hac enim dicta argumentatione eſt nõ cauſa vt cauſa. q2 interimitur id quod apparet eſſe cauſa et non eſt: ſcilicet brunellus eſt homo. Cauſa apparentie huius fallacie eſt

tia aũt cõiter ſumit ad res cuiuſlibet generis. vt cũ dicit ſi
gnum diſtributiuum ſubſtãtie. Signum diſtributiuũ acci
dentis eſt quod diſtribuit res ſe habẽtes per modũ acci
dentis. vt per modũ qualis vel quãti. vt q̃liſcũq; quãtuſcũ
q;. Item ſignoꝝ diſtributiuoꝝ ſubſtãtie alia ſunt diſtribu
tiua partiũ integraliũ. vt totus. alia ſunt diſtributia parti
um ſubiectiuaꝝ. vt oĩs nullus. Item ſignoꝝ diſtributiuo
rum partiũ ſubiectiuaꝝ/alia ſũt diſtributia duoꝝ. vt vter.
neuter. alia ſunt diſtributia pluriũ. vt oĩs nullus ⁊ ſimilia
Hoꝝ aũt ſignoꝝ ꝑmo dicẽdu; eſt de ſignis diſtributiuis
ſubſtãtie: et inter hec ꝑmo de hoc ſigno oĩs. Sciẽdum ꝙ
omis in plurali nũero dupliciter ſumit. vno mõ collectiue
vt oẽs apoſtoli dei ſunt duodeci; nõ ſequit. ergo iſti apo
ſtoli dei ſunt duodeci; demõſtratis aliq̃bus de ip̃is. Alio
modo ſumit diſtributiue vt hic. oẽs hoĩes naturaliter ſcire
deſiderãt. et tũc querit quid ſignificat hoc ſignũ oĩs: et vi
detur ꝙ nihil ſignificet: q; omis res aut eſt vl'is aut parti
cularis: ſed hoc ſignũ oĩs nõ ſignificat rem vniuerſalẽ vel
particularẽ. ergo nullã rem ſignificat. Item ad idem omis
neq; eſt ꝑdicabile de vno neq; de pluribus. ergo nec eſt
vniuerſale vel ꝑticulare: et ſic nihil ſignificat. Sed ꝯtra ab
eo ꝙ res eſt vel nõ eſt orõ dicit vera vel falſa. ergo ſi oĩs
nihil ſignificet ꝓpter oppoſitionẽ vel remotõem eius non

cauſabit veritas vel falſitas in orone. ſed hec eſt vera aial eſt homo. ergo et hec: omne animal eſt homo quod eſt falſum. ergo et prima ſcilz ꝙ omis nihil ſignificat. Solutio. Ad dubium dicitur ꝙ omis non ſignificat vniuerſale ſed vniuerſaliter: quia facit terminũ cõmunem ſuum ſtare pro omibus ſuis inferioribus. vt omis homo currit. et ſic omnis ſignificat aliquam rem. Sed duplex eſt res: quia quedam eſt res ſubicibilis vel predicabilis. vt homo aial currit diſputat. et ſic verum eſt ꝙ omis nihil ſignificat: quia quelibet talis res aut eſt vniuerſalis aut ꝑticularis. Alia eſt res que eſt diſpoſitio rei ſubicibilis vel predicabilis: et talem rem ſignificat hoc ſignum omis. et tam ab iſta re ꝙ̃ ab alia cauſatur veritas vel falſitas in oratione. Obicitur autem ꝙ omis non ſignificat diſpoſitionem rei ſubicibilis: qꝛ in ſillogiſmo mediuz debet reiterari cũ ſuis diſpoſitionibus in minori ꝓpoſitione. ergo debemus ſillogiſare ſic: ois homo eſt aial. ſortes eſt ois homo. ergo ſortes eſt aial: quia omis eſt diſpoſitio in maiori ꝓpoſitione. ergo debet reiterari in minori quod eſt falſum. ergo omnis non eſt diſpoſitio ſubiecti. Solutio: ſicut pater duo dicit ſcilicet illud quod eſt pater et pater inquantum pater. Similiter ſubiectum duo dicit ſcilicet illud quod eſt ſubiectum: et ſubiectum inquantum ſubiectum. et ſꝫm hoc eſt duplex diſpoſitio ſubiecti: quia quedam eſt diſpoſitio illius rei quod eſt ſubiectum. vt albus niger: et ſic de talibus diſpoſitionibus actualibꝰ. ⁊ iſte dñt reiterari in miori ꝓpoſitõe cũ medio. Alia eſt diſpoſitio ſubiecti. ſ. ſubiecti inquantũ ſubiectũ videlz in ordine ad predicatũ. vt omis nullus et oia ſigna taz vniuerſalia ꝙ̃ ꝑticularia. et talis diſpoſitio nõ debet reiterari cũ medio in minori ꝓpoſitõe.

quia eſt reſpectiua. diſponit eni ſubiectū in ꝯparatione ad predicatū. vt cū dicit̄ ois homo albus currit. iſta diſpoſitio albus debet reiterari in miori ꝑpoſitōe cū medio cum ſit diſpoſitio eius qđ eſt ſubiectū: qꝛ eſt abſoluta. Iſta aūt diſpoſitio ois nō debet reiterari: qꝛ eſt reſpectiua ſubiecti ad predicatū: et ita ſubiecti inqȝtum ſubiectū eſt. Vñ debemus dicere ſic: ois homo albus currit / ſortes eſt homo albus ergo ſortes currit. et non ſortes eſt omnis homo albus.

Habito quid ſignificet hoc ſignuȝ omis et cuius diſpoſitōem ſignificet: ꝯſequēter querit̄ vtrū ois exigit tria appellata. Et videtur ꝙ ſic: qꝛ ois ꝑfectio eſt in tribus. vt habet̄ primo celi ⁊ mūdi: et ſic oē ꝑfectum eſt in tribus. ſed oē et ꝑfectū ideȝ ſunt vt habetur ibidem. ergo oē eſt in tribus: ergo ois vult habere tria appellata. Ad idē dicit ariſtoteles in eodem loco ꝙ de duobus viris nō dicimus oēs. ſed de tribus viris dicimus oēs: ergo ois vult habere tria appellata. Sȝ ꝯtra in qlibet demōſtratione ſunt ꝑpoſitiones vniuerſales: ſȝ demōſtrationes fiunt ex ſole ⁊ luna. ergo oportet dicere ois ſol ois luna: ſed ſol nō habet niſi vnicuȝ ſuppoſitum: et ſimiliter luna. ergo ois nō vult habere tria appellatiua. Ad idem oē priuatū lumie a terre obiectu deficit. hec ꝑpoſitio eſt cōceſſa cū habeatur ab auctoribus ſȝ omne ꝑuatum lumine a terre obiectu nō habet niſi vnicū ſuppoſitū ſcȝ hanc lunā ſingularem. ergo ois nō vult hēre tria appellatiua. Ad idem hoc ſignuȝ omis ſignificat qm̄ vniuerſalit̄. ſȝ hoc qđ dico qm̄ vniuerſalit̄ eſt modꝰ ꝓpriꝰ vniuerſalis. Propꝛium auteȝ diuerſificat̄ ſm diuerſitatem ſui ſubiecti. vt ſi homo eſt ⁊ riſibile eſt diminutū ⁊ ſi homo

eſt moꝛtuus riſibile eſt moꝛtuum ſed vniuerſale aliquādo
ſaluatur in pluribus.vt homo equus:aliquādo in vno tā
tum.vt ſol luna ergo omīs quādoq; vult habere tria ap-
pellata et quādoq; non.immo vnum ſolum. Ad idem du
plex eſt foꝛma quia quedā eſt foꝛma materie.vt aīa eſt foꝛ
ma coꝛpoꝛis. et iſta foꝛma eſt pars et non pꝛedicatur de
eo cuius eſt pars.Alia eſt foꝛma que eſt foꝛma pꝛedicabi
lis et ſic omīa ſuperioꝛa vt genera et ſpecies et differētie
dicuntur foꝛme inferioꝛum.vt homo equus ⁊ ſic de alijs
et indiuidua huius foꝛme pꝛedicabilis ſunt materia eius
ergo cum foꝛma neutro pꝛedictoꝛum modoꝛum ſuam ex
cedit materiam nec exceditur ab ea nullus vl'e excedit ſua
indiuidua nec exceduntur ab eo.ergo cum omīs dicat ad
equationem vniuerſaliū cum ſuis indiuiduis.vt omīs ho
mo.tunc opoꝛtet ꝙ ſol habeat vnicū ſuppoſitum vt vere
dicatur omīs ſol quod concedimus dicendo pꝛedictas
ꝓpoſitiones eſſe veras et ꝙ omīs non ſemper exigit tria
appellata ſed quādo adiungitur termino cōmuni habenti
plura ſuppoſita.tunc exigit plura appellata.Quādo vero
adiungitur termino habenti ſolum vnum ſuppoſitum tūc
exigit ſolum vnum appellatum.Ad illud quod pꝛimo obi
ciebatur ꝙ omīs perfectio eſt in tribus dicitur ꝙ veꝝ eſt
et hec tria ſunt ſcilꝫ ſubſtātia rei/virtus eius/et operatio
eius .Et hec tria tangit ariſtoteles ſub bꝛeuibꝰ verbis cuꝫ
dicit natura apta nata ſic facit.per hoc enī ꝙ dicit natura
tangit ſubſtantiam rei.et per hoc ꝙ dicit apta nata tangit
virtutem eius.et per hoc ꝙ dicit ſic facit tangit operatio
nem debitam ei.Similiter hoc ſignum omīs habet ſub-
ſtantiam ſigni vl'is et virtutem que eſt diſtribuere et ope-
rationem eius qñ diſtribuit et in his tribus eſt perfectio

e 3 1

eius. Ad ſecūdum dicendum eſt ꝙ homo et homines dif
ferunt quia homo dicit iſtam ſpēm ſm ſe que eſt de pluri
bus predicabilis: ſed hoīes in plurali numero nō dicit ſpe
ciem ſm ſe ſed multiplicatam actu ſm materiam indiuidu
orum nūero diuerſaꝫ. Unde omis in plurali ratione mul
titudinis facte facit diſtributionē per diuerſas materias
et vult habere tria appellata. Sꝫ omis in ſingulari nume-
ro ex quo recipit ſpēm ſm ſe et non materiā indiuiduorū
exigit eſſentiā aptam natā predicari de pluribus ſiue actu
participetur de pluribus ſiue ab vno ⁊ ideo exigit tria ap
pellata. aut vnum ſolum ſm naturā vniuerſalem cui adiū
gitur. Quidam tamē dicunt ꝙ omis vult habere tria ap-
pellata ad minus et dant talem rationē. Quotienſcūqꝫ ſi
gnum vniuerſale additur termino cōmuni non habēti ſuf
ficientiam appellatoꝝ recurrit ad non ens vt cum dicitur
omis fenix eſt. quia li fenix nō habet niſi vnicum ſuppoſi
tum ideo recurrit ad nō exiſtentes fenices et ideo cū di-
citur oīs fenix eſt ſenſus eſt: vnus fenix qui eſt/eſt. ⁊ duo
fenices qui non ſunt/ſunt. et ideo dicūt has duas ꝓpoſi-
tiones eſſe falſas. quidam fenix nō eſt: et omis fenix eſt. et
non eſſe cōtradictorias qꝛ in negatiua ſupponit fenix qui
eſt. et in affirmatiua ſupponitur duo fenices qui nō ſunt
et ſic non eſt idem ſubiectū in vtraqꝫ. hoc aūt poteſt mul-
tipliciter improbari: qꝛ hec incōueniētia ſequunt ex falſo
qđ ſupponūt qꝛ ſupponūt ꝙ oīs ſemꝑ vult hēre tria ap-
pellatiua qđ ſuperius oſtēſum eſt eſſe falſum. Propterea
vult ariſtoteles ꝙ propoſitio in qua ſubicitur vniuerſale
vniuerſaliter ſumptū alicui predicato contradicat illi pro
poſitioni negatiue in qua ſubicitur vniuerſale non vniuer
ſalit ſumptū eidem predicato. ſed iſte ſunt tales omis fe-

nix eſt quidaꝫ fenix non eſt. ergo ſunt cōtradictorie qđ ta
men ipſi negant ergo regula eoꝝ eſt falſa. Item ad idem
alia regula talis eſt. Terminꝰ cōis ſuppones vel appones
ṽbo pn̄tis tp̄is ſimiliter ſumpto nō hn̄ti vim ampliādi nec
a ſe nec ab alio reſtringitur ad ſupponēdum pro his qui
ſunt ſub forma termini ſupponētis. ergo cum dicit omis
fenix. li fenix reſtringit ad ſupponēdum pro fenice tantū
qui eſt cum ipſius non ſit niſi vnicū ſuppoſitum ergo per
illam regulam prius datam. Si ſignum vniuerſale adueni
at ei nō diſtribuit ip̄m niſi pro vnico ſuppoſito. ergo regu
la eoꝝ eſt falſa et ſupra falſum fundat quod cōcedimus.
Circa predicta queritur de hoc ſophiſmate omis homo
eſt et quodlibet differēs ab illo eſt nō homo. ꝓbatio hec
vna copulatiua cuiꝰ vtraqꝫ pars eſt vera ergo ip̄a eſt vera
Improbatio omis homo eſt et quodlibet differens ab eo
eſt nō homo / ſortes eſt homo. ergo quodlibet differens a
ſorte eſt nō homo qđ eſt falſum. qꝛ hec eſt vna copulatiua
cuius altera pars eſt falſa. ergo ip̄a tota eſt falſa. Solutio
Prima eſt ſimpliciter vera. et ip̄robatio peccat penes fal
laciam ꝯſequentis. qꝛ li differēs ab omi homine in minus
eſt q̄ȝ differens a ſorte. quia differens ab omni homine
ſupponit ſolum pro alijs rebus ab homine. ſed differens
a ſorte ſupponit pro eiſdem. et etiā pro alijs hoibus a ſor
te. Vn̄ bene ſequit differēs ab omi hoie. ergo differens
a ſorte ⁊ eſt locꝰ a p̄te ſubiectiua ad ſuū totū. ȝ ſi huic ꝓpoſi
tioni differēs ab omi hoie apponat ſignū erit ꝓceſſus ab
inferiori ad ſupius cū diſtributōe ⁊ ſic incidit fallacia ꝯſe
quētis in improbatōe ſm vnū ꝓceſſuꝫ qꝛ duplex eſt ꝓceſ
ſus in iprobatōe: qꝛ bene ſequitur ois hō eſt. ergo ſortes
eſt. ⁊ eſt locus a toto in quātitate ſed non ſequitur hoc

eſt differens ab omni homine ergo differens a ſorte:ſed eſt fallacia cōſequentis ſicut hic.oīs homo eſt. ergo omē animal eſt. Item queritur de hoc ſophiſmate omis homo et alius homo ſunt. ꝓbatio. ſortes et alius homo ſunt plato et alius homo ſunt.et ſic de alijs. ergo omīs homo et alius homo ſunt. Improbatio alius eſt relatiuū diuerſitatis ſubſtātie ergo ſupponit pro diuerſo ab hoīe ſed nō eſt alius homo ab omni hoīe ergo ꝑma eſt falſa. Solutio prima eſt ſimpliciter falſa et probatio peccat ſm fallaciā figure dictōis a pluribus determīatis ſuppoſitionib⁹ ad vnaꝫ determīataꝫ q: iſte terminus alius hēt determīatam ſuppoſitionem in premiſſis et in ꝯcluſione. Item ꝓbatio peccat ſm fallaciam accidentis q: licet ſortes ⁊ plato et ſic de alijs inferant oēm hominē ſm ſe nō tamen ſub hac copulatione que eſt omīs et alius homo ſunt.vt cū dicitur oīs homo et alius homo ſunt ſicut cognoſco coruſcuꝫ ſm ſe non tamen ſub hoc accidēte qđ eſt venire. vnde talis datᷣ regula. Quotienſcūqꝫ aliquid ſequitur ſiue cōuerſim ſiue non ſi aliquid cōueniat vni qđ non ꝯueniat alteri et per illud cui ꝯuenit inferatur de eo cui nō ꝯuenit. ſemꝑ eſt fallacia accidētis.verbigrā homo eſt.ergo ſb̄a eſt et ſpecies ꝯuenit homini et non ſb̄e ideo ſi per hoīem inferatᷣ ſpecies de ſb̄a eſt fallacia accidētis.vt hō eſt ſpecies.ergo ſb̄a eſt ſpēs.ſimiliter hic riſibile eſt ꝓprium ergo homo eſt proprium. Horum aūt que ꝯſequunᷣ quedam ꝯſequunᷣ conuerſim vt homo et riſibile. alia vero nō vt homo ⁊ ſubſtātia. Dicto de hoc ſophiſmate reſtat dicere de iſto oīs homo eſt omis homo. ꝓbatio.ſortes eſt ſortes. plato eſt plato et ſic de alijs ergo omis homo eſt omis homo. Et vt vult boetius nulla ꝓpoſitio eſt verior q̄ illa in q̄ predicatᷣ

idem de ſeipſo ſed ſic eſt hic. q2 oīs homo predicatur de oi hoīe ergo nulla eſt verioꝛ iſta ⁊ ꝑ cōſequens eſt vera. Improbatio. ſua cōtradictoꝛia eſt vera ſcʒ iſta quidaʒ hō non eſt oīs hō ergo ipſa eſt falſa. Itē ad idē oīs hō eſt oīſ homo ſed ſoꝛtes eſt hō ergo ſoꝛtes eſt oīs hō. ſillogiſmus eſt in darij cōcluſio eſt falſa ergo aliqua pꝛemiſſarum non minoꝛ ergo maioꝛ: ſed maioꝛ eſt ſophiſma ergo eſt falſum Solutio pꝛima eſt ſimpliciter falſa ⁊ pꝛobatio peccat ſecundum cōſequēs ab inſufficiēti enūeratione ſingl'ariū q2 cū illis quas aſſumit debet ſumere has a pte ſubiec: i. ſoꝛtes eſt oīs hō plato ē oīs hō. ⁊ etiā iſtas a pte p̄dicati oīs hō eſt ſoꝛtes oīs hō eſt plato ⁊ ſic de alijs quas dimittit ⁊ ſic peccat ſcd̄m cōſequēs ab inſufficiēti enūeratione ſingulariū. Ad aliud dicitur ꝙ ibi idem non pꝛedicat̃ de ſeipſo ſed p̄dicat̃ oīs homo de hoīe ſumpto ꝓ qualibet ſui pte.

SEquitur de hoc ſigno null' qđ ſignificat qm̄ vl'iter negatiue. vn̄ ſignificat idē ſicut hoc ſignū oīs cū negatione poſtpoſita. et ideo oīs non ⁊ nullus eqpollēt. de hoc ſigno nullus talis datur regula. Quotienſcūqʒ hoc ſignū nullus imediate adiūgit̃ termino cōi cōfundit ipm̄ mobiliter ⁊ diſtributiue ſimilier terminū cōem ſibi adiunctū mediate vt nullus hō eſt aſinus. Vn̄ pōt fieri deſcēſus ſub ſubiecto ſic ergo ſoꝛtes non eſt aſinus nec plato ⁊ ſic de alijs: ⁊ etiā ſub p̄dicato. Secūdū p̄dicta querit̃ de hoc ſophiſmate nullus hō ē oīs hō. Pꝛobat̃ ſic ſoꝛtes non eſt oīs hō plato nō eſt oīs hō ⁊ ſic de alijs ergo pꝛima eſt vera. vel ſic ſua cōtradictoria eſt falſa ſcʒ iſta qdā hō eſt oīs hō ergo eſt vera. Cōtra ibi pꝛedicat̃ oppoſitū de oppoſito ergo locutio eſt falſa. Solutio p̄ma eſt vera ⁊ ad impꝛobatōem reſpondet̃ per

interemptionē qꝛ ibi non pꝛedicat̄ oppoſitum de oppoſito ſed remouet̄ omis homo ab homine ſumpto pꝛo quolibet ſuo ſuppoſito ⁊ hoc eſt verum.

SEquitur de hoc ſigno nihil qđ ſignificat idē qđ nullus ſed includit in ſe terminū recipiētē ſuā diſtributionē qꝛ nihil eſt ſignū vniuerſale cū negatōe ⁊ res eſt termin⁹ recipiēs ei⁹ diſtributionē. Secūdū p̄dicta querit̄ de hoc ſophiſmate. Nihil vidēs eſt aliqd vidēs. Probat̄ ſic. non hāc rem vidēs eſt aliqd vidēs. qꝛ non vidēs ſoꝛtē eſt vidēs platonē non illā rem vidēs eſt aliqd vidēs ⁊ ſic de alijs. ergo nihil vidēs eſt aliqd vidēs. ergo p̄ma eſt vera. Contra ibi p̄dicat̄ oppoſitū de oppoſito ergo locutio eſt falſa. Quidā diſtigūt nihil vidēs eſt aliquid vidēs eo ꝙ hec dictio nihil poteſt eſſe accuſatiui caſus ⁊ eſt ſenſus nullā rem vidēs eſt aliqd vidēs vel poteſt eſſe noīatiui caſus ⁊ eſt ſenſus: nulla res videns eſt aliqd vidēs. ⁊ ſecūdū hoc ponūt amphibologiam ex p̄te caſus ſed hoc non ſoluit qꝛ in vtroqꝫ ſenſu eſt falſa. Sed alij diſtingūt hāc iterū nihil vidēs eo ꝙ negatio in hoc termīo nihil poteſt negare p̄ticipiū p̄mo poſitū ⁊ eſt ſenſus nullā rem videns eſt aliqd vidēs ⁊ ſic eſt diuiſa vel pōt negare hoc verbū eſt. ⁊ tūc eſt ſenſus quālibet rē vidēs non eſt aliqd vidēs ⁊ ſic eſt cōpoſita ſed hoc nō ſoluit qꝛ in vtroqꝫ ſenſu eſt falſa cuꝫ oppoſita ponant̄ circa idem. Solutio. dicēdū ē ꝙ p̄ma ſimpliciter eſt falſa ⁊ p̄batio peccat cōtra fallaciā figure dictionis a plurib⁹ determinatis ad vnā determīatā. reſpectu hui⁹ termini videns qꝛ in p̄miſſis hꝫ ſuppoſitionē determīatā ⁊ in cōcluſione ſimiliter. Vel peccat ſcđm fallaciā accidētis. qꝛ q̄uis videre cōicat̄ oībus ſecundū ſe non tamē ſecūdū ꝙ vniunt̄

in hoc toto nihilvidēs·vñ totū accidit parti ⁊ eſſe videns
aliqđ aſſignaṫ ineſſe vtriq̄ȝ. Sciendū eſt ꝙ om̄s pꝛemiſſe
ſunt duplices qꝛ negatio pōt determinare verbū vel ꝑtici
piū vt dictū eſt pꝛius vnde antiq̄ poſuerūt ꝓmiſſa eſſe du
plices ꝓpter talē regulā quā dabant. Quotienſcūq̄ȝ ne-
gatio ⁊ diſtributio includūtur in vno termīo ad quodcūq̄ȝ
referṫ vnū ⁊ reliquū. Unde cū diſtributio poſita in obliq̄
non poſſit in pꝛedicta oꝛatione attingere verbum ita ne-
q̄ȝ negatō. Item idē eſt iudiciū de iſtis ſophiſmatibꝰ. Nul
lum caput habens eſt aliquod caput habens a nullo ho-
mine differens eſt ab aliquo hoīe differens ⁊c.

SEquitur de ſignis diſtributiuis duoꝝ ⁊ talia ſunt neuter ⁊ vterq̄ȝ. Et differūt a p̄dictis qꝛ oīs nullꝰ ⁊ ſimilia diſtribuūt ꝑ oībꝰ indiuiduis termini cōīs: ſed vterq̄ȝ ⁊ neuter diſtribuūt ſo
lum pꝛo duobus per demonſtrationē. vt vterq̄ȝ iſtoꝝ neu
ter iſtoꝝ. Secūdū pꝛedicta queriṫ de hoc ſophiſmate ab
vtroq̄ȝ iſtoꝝ enūciatū eſt verū poſito ꝙ ſoꝛtes dicat deuȝ
eſſe. Plato vero dicat hoīem eſſe aīal ⁊ ambo dicant ſi-
mul hoīem eſſe aſinū. Et illi duo demōſtrātur ꝑ hoc ꝓno
men iſtoꝝ. Pꝛobatio. a ſoꝛte enūciatū eſt veruȝ a platone
enūciatū eſt verū ergo ab vtroq̄ȝ iſtoꝝ enūciatū eſt veruȝ
Contra ab vtroq̄ȝ enūciatū eſt verū ſed nihil enūciatū eſt
ab vtroq̄ȝ iſtoꝝ niſi hoīem eſſe aſinū. ergo hoīem eſſe aſi
num eſt verū qđ falſum eſt. Solutio pꝛima eſt vera ⁊ pꝛo
batio peccat ſecundū fallaciā accidentis ſicut habetur ab
ariſtotele hec ꝓpoſitio ponitur eſſe vera oīm contrarioꝝ
eadē eſt diſciplina ⁊ tamē nulla ꝑticularis diſciplina ē oīȝ
contrarioꝝ ſed diſciplina cōiter ſumpta. vñ hic ē fallacia
accidētis oīm ꝯrioꝝ eadē ē diſciplina. ꝫ nulla ē diſciplina

niſi hec vel illa ⁊ ſic de aliis ergo oim contrarioꝝ hec ea dem eſt diſciplina vel iſta qđ falſum eſt. Similiter hic hõ eſt ſpẽs ſ₃ null⁹ ẽ hõ niſi ſortes vł plato ⁊ ſic de aliis ergo ſortes eſt ſpẽs vel plato ⁊ ſic de aliis ⁊ ſic eſt fallacia ac cidẽtis in ꝓpoſito q₂ hec dictio enũciatũ eſt ⁊ hec dictio verũ tenet ꝓ ipſo in cõi ⁊ ſic ab vtroq₃ iſtoꝝ enũciatũ eſt verũ vñ enũcia. ſ₃ nõ tenet ꝓ pticulari enũciato ab vtro q₃ vñ pticulare enũciatũ ab vtroq₃ accidit enũciatio in cõi ſicut pticulare inferius accidit ſuo ſupiori ⁊ verũ aſſignat vtriq₃ ineſſe. Et appellat ſupius hic omẽ qđ eſt maius ſi ue ſit eſſentiale ſiue accidẽtale. Quidã tamẽ dicũt ꝙ pri ma eſt ſimpliciter falſa ⁊ dicũt ꝙ enũciatũ accipit ꝓ pti culari enunciato ab vtroq₃ ⁊ ſimiliter verum pro parti culari. Et ꝓbatio peccat ſcđm fallaciã figure dictionis a plurib⁹ determiatis ad vnã determiatã hui⁹ termi enũcia tu₃ ⁊ hui⁹ termi veꝝ. ſ₃ pma ſolutio melior eſt ⁊ ſubtilior.

SEquitur de hoc ſigno neuter qđ ſignificat idem ꝙ vterq₃ cu₃ negatione ſibi prepoſita. Vñ ſicut nullus de ſe habet diſtribu tionẽ ⁊ negationẽ ſimiliter ⁊ neuter. ſ₃ neuter ẽ diſtributi uũ duoꝝ tm̃. Item querit de hoc ſophiſmate neutrũ ocu lum habẽdo tu potes videre. Probatio. dextrũ oculũ nõ habẽdo tu potes videre: ſiniſtrũ oculu₃ non habendo tu potes videre ergo pma eſt vera. Cõtra neutrũ oculũ ha bendo tu potes videre: ergo ſi neutrũ oculũ habes vł dũ neutrũ oculũ habes tu potes videre qđ falſu₃ ẽ. ꝯſequẽtia patet q₂ gerũdia termiata in o. habẽt reſolui p dũ p ſi vel p q₂ ſed vtroq₃ mõ eſt falſa: ergo pma eſt falſa. Solutio pri ma eſt falſa ⁊ ꝓbatio peccat ſecũdũ fallaciã accidentis q₂ poſſe videre cõuenit ptibus ſecũdũ ſe ſc₃ ꝓut ſunt diuiſe

ſed non cōuenit eis ꝓut ſunt vnite in ſuo toto vnde hoc patet p primā regulā cuꝫ ad ꝑtes ſequat̃ totū vt poteſtas videndi conuenit ꝑtibus ⁊ non toti :ideo ſi ꝑtes inferā tur de toto ibi eſt fallacia accidentis ⁊c̃.

Habito de ſignis diſtributiuis partiū ſubiectiuaꝝ cōſequēter querit̃ vtrū negatio habeat vim diſtribuendi ſiue cōfundendi. Et videt̃ ꝙ ſic. qꝛ ariſtoteles in pmo ꝑiarmenias dicit ꝙ ille cōtradicūt hō eſt iuſtus non hō eſt iuſtus:ergo altera eſt vniuerſalis cū ſubijciat̃ termin⁹ cōis ſed non niſi hic non hō eſt iuſtus ergo ille termin⁹ hō diſtribuit̃ ſed non eſt ibi aliqd a quo diſtribuit̃ niſi negatio/ergo diſtribuit̃ a negatione. Contra ſi negatio habeat vim cōfundēdi ergo ſicut iſta eſt incōgrua oīs ſortes currit ſimiliter hec nō ſortes currit qđ eſt falſum qꝛ q̄uis ſignū diſtributiuū nō poſſit addi termīo ſingl'ari tamē negatio bene poteſt addi. Itē vbicūqꝫ eſt diſtributio ibi eſt termin⁹ cōis ſumpt⁹ vniuerſaliter ergo oportet ꝙ ibi ſit dictio ſignificans qm̄ vniuerſaliter. ſed ſignū vniuerſale ſignificat qm̄ vniuerſaliter tantūmodo negatio vero non. ergo non habet vim diſtribuendi qđ ꝯcedim⁹ dicentes ꝙ negatio non cōfundit ſed negat hoc qđ poſt ſe inuenit. Unde cū adiūgit̃ termino cōi negat ipm. ſed ad negationē ſupioris ſequit̃ negatio cuiuſlibet inferioris eo ꝙ deſtructo ſupiori deſtruit̃ quodlibet eius inferius ergo negatio nō cōfundit ſed negat qđ poſt ſe īuenit ſiue ſit vniuerſale ſiue ꝑticulare. Solutio aūt patet ad hoc qđ obijcit̃ qꝛ ꝙ hec eſt vniuerſalis non hō eſt iuſtus hoc non eſt ꝓpter naturā diſtributōis exiſtentis in negatione:ſed hoc eſt qꝛ negat̃ homo in cōi quo remoto remouetur qđlibet eius inferius. Item ſolet

poni quedā diſtributio aptitudinis vt oīs homo timet in mari.hic aptus natus eſt timere in mari.Item ſolet poni diſtributio acōmoda vt celum tegit oīa preter ſeipſum ⁊ deus creauit omīa alia a ſe:ſed iſta duo genera diſtributionis non ſunt ita ꝓpria ſicut alia.

SEquitur de hoc ſigno totus qđ eſt diſtributiuū ptiū integraliū vt hic tot⁹ ſortes eſt albus.Eſt ei ſenſus ſortes ſcđm quālibet ſui ptē eſt alb⁹.Unde ad iſtā totus ſortes eſt albus immediate ſequiť iſta.ſortes ſcđm quālibet ſui ptem eſt albus.ad quā ſequiť quelibet pars ſortis eſt alba.Probatio in hac:totus ſortes eſt albus ſortes ſubijciť albedini ſecundū ſe ⁊ ptes ei⁹ non ſcđm ſe ſed ꝓut ſunt in ſuo toto ſiue ſub forma totius ergo non ſubijciunť albedini niſi ꝑ totū ⁊ ſic ꝑ prius ſequiť hec ſortes ſcđm quālibet ptē ſui eſt albus ⁊ poſtea illa quelibet ps ſortis eſt alba.Itē in hac totus ſortes eſt albus tot⁹ ſubijciť albedini in rectitudie.ptes autē in obliquitate qr in eo qđ eſt totū ptes intelliguntť in obliquis ⁊ in eo qđ eſt ps.totū ſumiť oblique qđ patet ꝑ diuiſionē ei⁹ qđ eſt totū vt dom⁹ eſt ex pariete tecto ⁊ fundamento.⁊ ſortes eſt ex ptib⁹.ergo illud qđ eſt totū dat intelligere ptes obliquas.ergo ad hāc totus ſortes eſt albus imediate ſequiť hec ſortes ſcđm quālibet ſui ptē eſt albus ⁊ mediate ſequiť iſta q̄libet ps ſortis eſt alba.Item ad idem illud qđ eſt ps nō hab; eſſe niſi ab eo quod eſt totum.quia non habet perfectionem niſi ab eo ergo non ſubijcitur alicui niſi ꝑ totū.ergo totū prius ſubijcitur.ergo ad hanc totus ſortes eſt albus imediate ſequitur ſortes ſecundum quālibet ſui partem eſt albus ⁊ mediate quelibet pars ſortis eſt alba.Circa predicta queriť

de hoc ſophiſmate totus ſortes eſt minor ſorte. probatio quelibet pars ſortis eſt minor ſorte. ⁊ ſortes ſecundū quālibet ſui partem eſt minor ſorte. ergo totus ſortes eſt minor ſorte. Cōtra totus ſortes eſt minor ſorte. ergo ſortes eſt minor ſorte. Solutio prima eſt vera. ſcꝫ hec totus ſortes eſt minor ſorte ⁊ ꝓbatio peccat ſecundū accidens qa in iſta totus ſortes eſt minor ſorte predicatū attribuit partibus quibus vere cōuenit ſorti autē non cōuenit. ⁊ ideo hec eſt ſimpliciter falſa ſortes eſt minor ſorte. ⁊ ideo ſi ꝑtes inferant eſſe minorē ſorte de toto ſine de ſorte erit fallacia accidentis per vnam regulam ſupradictam. vnde totus ſortes eſt res ſubiecta ⁊ ſortes accidit ei. ⁊ eſſe minor ſorte aſſignatur vtriqꝫ ineſſe. Etiam improbatio peccat ſecundum quid ad ſimpliciter or iſta totus ſortes eſt minor ſorte non ponit ſortem ſecundum ſe ſed ſecundum ſuas partes. ⁊ ideo ponit ſortem ſecundum quid eſſe minorem ſorte. ita cum ſimpliciter inferatur. ergo ſortes eſt minor ſorte peccat ſecundū quid ad ſimpliciter ſicut ſortes ſecūdum pedem eſt minor ſorte ergo ſortes eſt minor ſorte.
Item in quibuſdam ſequitur totus ſortes ergo ſortes vt totus ſortes eſt albus. ergo ſortes eſt albus ⁊ in quibuſdam non. Queritur in quibus eſt ⁊ in quibus non. Dicendum eſt ꝙ ſunt quedam accidentia que indifferenter cōueniunt parti ⁊ toti vt albus niger calidum frigidum augeri minui ⁊ in talibus bene ſequitur. totus ſortes ergo ſortes. Alia ſunt accidentia que cōueniunt partibus ⁊ nō toti vel econuerſo toti ⁊ non parti ⁊ non partibus vt totalitas. minoritas. paruitas ⁊ in talibus non ſequitur. totus ſortes ergo ſortes.

SEquitur de ſignis diſtributiuis accidentiū inter que primo dicenduȝ eſt de ſignis diſtributiuis qualitatis. Dicitur autē ſignū diſtributiuū qualitatis qd diſtribuit res ſe habentes ꝑ modū qualitatis vt q̄lelibet. cuiꝰ ꝑticulare eſt aliqualibet Sed tunc obiicit ꝙ ſi accidens multiplicetur mltiplicato ſubiecto ergo cum ſigna diſtributiua ſubſtātie diſtribuāt ſiue multiplicent ſubiectum oportet ꝙ multiplicent ſiue diſtribuant ipm accidēs ergo ſigna diſtributiua accidentiū ſuꝑfluūt. Ad hoc dicendū eſt ꝙ duplex eſt multiplicatio accidētis. qꝛ quedā eſt mltiplicatio accidētis ſcdm nūerum ⁊ hec fit ꝑ ſignū diſtributiuū ſubſtātie vt oīs hō albꝰ currit. Alia eſt mltiplicatio ſcdm ſpēm ⁊ hec fit ꝑ ſigna diſtributiua accidētis. vt qualelibet currit. i. res habēs qualemcūqȝ qualitatē currit. Circa p̄dicta querit de hoc ſophiſmate quodlibet qualelibet de quolibet tali ſcit ipm eſſe tale quale ipm eſt poſito ꝙ ſortes ſciat grāmaticā logicam rhetoricā. ⁊ plato ⁊ cicero ſimiliter ⁊ ſciant ſe habere eas ⁊ ſint alij tres hoies quoꝝ vnus ſciat logicaȝ alter grāmaticā ⁊ alius rhetoricā ⁊ iſti neſciant ſe habere eas ⁊ de alijs nihil ſciant ⁊ alij ſciāt de ſe ⁊ de iſtis ⁊ non ſunt plures hoīes neqȝ plures qualitates. Probatio. hoc qualelibet de quolibet tali ſcit ipſum eſſe tale quale ipſum eſt ⁊ ſic de ſcdo ⁊ tertio ⁊ non ſunt plura q̄lelibet. ergo qdlibet ⁊ q̄lelibȝ de q̄libȝ tali ſcit ipm eē tale q̄le ipm ē. Cōtra quodlibet qualelibet ⁊c. ergo quodlibet grāmaticum de quolibet tali ſcit ipſum eſſe tale quale ipſum eſt. Solutio prima eſt vera ⁊ improbatio peccat ſecundum fallaciam conſequentis ab inferiori ad ſuꝑius cum diſtributione ſuperioris qꝛ qualelibet ſupponit tantū pro tribꝰ ſcȝ pro tribus primis. ſed grāmaticus ſupponit pro eiſdē ⁊ etiaȝ ꝑ

aliquod qui habet gramaticā tātū et ita gramaticū est i pl⁹ q̄ȝ qualelibet. vnde ſi apponat̄ ſignū vniuerſale diſtributi uū ſic quodlibet q̄lelibet ⁊ cetera. ergo quodlibet grāma‑ ticū fit cōſeq̄ns. vt hic oīs homo ergo oīe aial. ⁊ ſimi‑ liter in vltio vt de quolibet q̄lelibet ergo de quolibet grā matico cū dicit de quolibet tali.

Sequitur de ſignis diſtributiuis quātitatis et ſunt illa q̄ diſtribuūt res ſe habē tes ꝑ modū quātitatis: vt quotiēſcunqȝ quan tuſcūqȝ. Et ſcd̄m hoc q̄ritur de hoc ſophiſmate quotienſ cūqȝ fuiſti pariſi⁹ totiēs fuiſti hō. Probatō. vna vice fuiſti pariſius ⁊ illa vice fuiſti hō. alia vice fuiſti pariſius ⁊ illa vice fuiſti hō ⁊ ſic de alijs. ergo quotiēſcūqȝ fuiſti pariſi‑ us totiēs fuiſti hō. Improbatio quotienſcūqȝ fuiſti pariſi us totiens fuiſti hō. ſed bis fuiſti pariſius. ergo bis fuiſti hō. qđ falſū eſt q2 hec dictio bis iportat interruptionē ei⁹ cui adiūgit̄ ſed act⁹ eſſendi hoiem nō fuit interrupt⁹ in te Solutio pria eſt falſa. Ad ꝓbationē autē reſpōdēdū eſt ꝑ iterēptionē quia ſecūda pars copulatiue eſt falſa ſcilicet illa vice fuiſti hō quia adhuc nulla vice fuiſti hō eo q̄ nō dū vita fuit termiata vt iterū iciperes viuere ⁊ poſtea ter minaret̄ qđ tñ reqrit̄ ad hoc q̄ bis fuiſſes hō. ſicut bis i cipit̄ curſus ⁊ bis t̄minat̄ ad hoc q̄ aliqs bis currat. Et nota q̄ bis nō iportat iterruptionē tēporis: ſed tātū act⁹ illius cui adiūgit̄. Ad t̄minū aūt ſeqtur iterruptio. ſi autē formaret̄ ſic paralogiſm⁹: qñcūqȝ fuiſti pariſius fuiſti hō ſed bis fuiſti pariſius: ergo bis fuiſti hō. pria eſt vā ⁊ im probatio peccat ſecūdū fallaciā figure dictionis ex muta tione predicamēti. q2 qñqȝ eſt i p̄dicamēto quādo: ⁊ bis

ī p̄dicamēto q̄ātitatis: qꝛ eſt de gn̄e q̄ātitatis diſcrete.

SEquitur de infinito quod quinqꝫ
modis dicit̄. Primo mō dicit̄ infinitū qḋ non
pōt ꝑtrāſiri. vt vox dicit̄ inuiſibilis q̄ātū ad vi
ſū qꝛ eſt inuiſibilis eo ꝙ nō eſt apta nata videri. Alio mō
dicit̄ infinitū qḋ habet trāſitū ip̄fectū eo ꝙ nōdū eſt t̄mi
natū tn̄ aptū natū eſt t̄miari. vt dū aliq̄s trāſit ſpacium ⁊
nōdū ꝑuenit ad ſuū finē. Tercio mō dicit̄ infinitū ſcd̄m
appoſitionē. vt numer⁹ augmētabilis eſt in īfinitū appōne
vnitatis vel alteri⁹ numeri. Quarto mō dr̄ īfinitū ſcd̄ꝫ diō
nē vt cōtinuū. om̄e aūt cōtinuū diuiſibile eſt in īfinitū. vn̄
ſic diffinit̄ ab ariſtotele ī q̄rto phiſicoꝝ. Cōtinuū eſt diui
ſibile in ſēꝑ diuiſibi a. Alio mō dicit̄ infinitū vtroqꝫ mō
ſcilꝫ ꝑ appōnē ⁊ diōnē vt tp̄s. cū eni tp̄s ſit ꝯtinuū eſt di
uiſibile in īfinitū in dione ⁊ cū poſt vnū tp̄s veniat aliud
tp̄s ſic ꝑ appōnē vni⁹ tēporis ad aliud eſt finitū. Et quo
ad has tres vltimas ſignificatiōes diffinit̄ ſic īfinitū. In
finitū eſt cui⁹ q̄ātitatē accipiētib⁹ ſemꝑ eſt extra ſumere.
vt ſi poſt vltimā partē linee accipiat̄ alia: poſt alterā t̄ciaꝫ
⁊ nūq̄ꝫ poſſit attingi t̄min⁹ ei⁹ ideo linea dicit̄ infinita. So
let autē poni ꝙ īfinitū q̄n̄qꝫ ſumit̄ pro termio coī ⁊ tunc
iſta ꝓpō infinita ſunt finita equalet huic aliq̄ īfinita ſūt fi
nita. q̄n̄qꝫ ſumit̄ ꝓ ſigno diſtributiuo ⁊ tunc illa eq̄pollet
huic quo ad diſtributionē quolibet plura ſūt infinita. Et
ꝓbat̄ ſic vno plura ſūt finita. duob⁹ plura ſūt finita. trib⁹
plura ſūt finita ⁊ ſic de aliĳs: ergo quolibet plura ſūt fini-
ta. ⁊ ſic dicit̄ facere ītraſcalarē diſtributōnē vel īterruptā
vel diſiūctiuā: qꝛ hec dictio plura ī p̄ia ꝓpōne ſupponit
ꝓ duob⁹ ⁊ deinceps in ſcd̄a ꝓ trib⁹ ⁊ ſic gradatī ⁊ ſcala

rıter aſcēdendō. ⁊ ſic iſta orō quolibet plura facit diſtribu
tionē intraſcalarē q2 ꝓ alijs ſuppoīt h̄ qđ dico quolibet ⁊
ꝓ alijs hoc dico plura ſecūdum numerū aſcēdēdo vt di-
ctū eſt. Circa p̄dicta q̄rit̄ de h̄ ſophiſmate infinita ſūt
finita. Probatio duo ſunt finita tria ſūt finita ⁊ ſic in īfi
nitū. ergo īfinita ſunt finita. Improbatio ibi p̄dicat̄ op-
poſitū de oppoſito. ergo locutō eſt īpoſſibilis. Pōt etiā
ſic ꝓbari q̄libet plura ſunt finita. ergo infinita ſunt finita.
Solutio Quidā diſtīgūt eo ꝙ infinitū ē equocū ad infi
nitū quo ad nos ⁊ ad īfinitū ſimplicit̄. Unde ſi ſumat̄ ī-
finitū quo ad nos pria pōt eſſe vā ⁊ nō p̄dicat̄ oppoſitū
de oppoſito q2 īfinita quo ad nos ſunt ſtelle ⁊ arene ma
ris q̄ nō ſunt īfinite ſimplicit̄. Si autē ſumat̄ infinitū ſim-
plicit̄ eſt ſimplicit̄ falſa ⁊ p̄dicat̄ oppoſitum de oppoſito.
Alij autē diſtingūt eo ꝙ infinitū pōt eſſe t̄minꝰ cōmunis
et ſic prima ē falſa. vel pōt eſſe dictio ſincathegoreumati-
ca īportās ī ſe diſtributionē ſicut dictū eſt. ⁊ ſic ponūt eā
eſſe verā. Sꝫ neutra iſtaꝝ ſolutionū valet q2 ſi remoueat̄
vtraqꝫ diſtictio ⁊ ſumat̄ infinitū ſimplicit̄ ⁊ ſcđꝫ ꝙ ē ter
minꝰ cōis: adhuc r̄manet ꝓbatio ⁊ īprobatio huiꝰ ſophiſ-
matis. vn̄ dicēdū ē ꝙ pria ſimplicit̄ ē falſa. ⁊ ꝓbatō pec-
cat ſcđꝫ qđ ad ſimplicit̄. q2 īfinitū appōne ē infinitū quo
dā mō ⁊ nō ſimplicit̄. Un̄ cū accipit ꝑtes nūeri ſcđm ap-
pōnē vt duo ⁊ tria: nō accipit īfinitū ſimplicit̄ ſꝫ quodā
mō ſiue ſcđꝫ qđ. ⁊ ideo nō pōt ex his īferri infinitū ſimpli
citer. ¶ Sequitur tractatus de exponibilibus.

p PRopoſitio exponibilis eſt propo
ſitio hñs obſcurū ſenſū expōne īdigētē ꝓpter
aliqđ ſincathegoreuma ī ea īplicite vel explici

te poſituꝫ in aliq̃ dictiõe vt ĩ hac tm̃ hõ eſt aĩal. ſortes ĩci
pit eſſe albus. ĩfinita ẽ linea ⁊ ſic de alijs. Pro quo ſciẽ-
duꝫ eſt ꝙ ea q̃ faciunt ꝓpõnẽ exponibilẽ ſunt ĩ multiplici
dr̃ia. Nã q̃dã ſunt ſigna excluſiua vt tm̃ ſolũ. q̃dã excepti
ua vt p̃ter/niſi. q̃dã reduplicatiua vt ĩquãtuꝫ ſcd̃ꝫ. q̃dã v̂o
ĩportãt ĩceptionẽ vel deſinitionẽ vt ĩcipit/deſinit. q̃dã im
portãt priuationẽ finis vt ĩfinituꝫ. q̃dã ĩportãt exceſſũ cõ
paratiui ⁊ ſuꝑlatiui gradus. q̃dã v̂o diſtĩctionẽ. vt differt
aliud ab ⁊ ſic de alijs. q̃dã v̂o ĩportãt ſpecialẽ moduꝫ di
ſtributõnis vt totꝰ/q̲libet ⁊ ſic de alijs. Vñ ꝓpt̃ illa ꝓpõ
reddit̃ obſcura ſic ꝙ ĩdiget expõne. Et iõ dicunt̃ facere
ꝓpõnẽ exponibilẽ q̃re de ipſis videnduꝫ eſt per ordinem
Et primo de excluſiuis.

S Equitur de ſignis excluſiuis. Vn
de ſigna excluſiua ſunt q̃ ex ſua ꝯſignificatõne
excluſionẽ ĩportãt ⁊ a q̲bus reddit̃ ꝓpõ exclu
ſiua. vt ſunt iſte dictiões ſolus/vnicꝰ/tm̃/tm̃mõ/dũtaxat
⁊ ſic de alijs. Hec eĩ ſigna qñq; excludũt gr̃a alietatis: ⁊
qñq; gr̃a pluralitatis. ⁊ qñq; ponunt̃ ĩ or̃one ſine nega-
tiõe. ⁊ qñq; cũ negatiõe p̃cedẽte aut ſeq̃nte. De iſtis au-
tẽ dant̃ tales regl'e. Pr̃ia ẽ ꝙ ꝓpõ excluſiua ſine negati
one exponit̃ ꝑ vnã copulatiuã affirmatiuã cuiꝰ pr̃ia pars
eſt p̃iacẽs excluſiue. ⁊ ſcd̃a pars ẽ negatiua ĩportãs nega-
tionẽ p̃dicati de oĩbꝰ alijs a ſubiecto. vt tm̃ hõ currit. id ẽ
hõ currit ⁊ nihil aliud ab hoĩe currit. vel tm̃ apl'i dei ſunt
duodeci. id ẽ apl'i dei ſũt duodeci ⁊ nõ ſũt pl'es q̃ꝫ duo-
deci. Scd̃a r̃gl'a ẽ ꝙ ꝓpõ excluſiua huiꝰ gñis ĩfert copu-
latiuã ꝯpoſitã ex duabꝰ exponẽtibꝰ ſiue ꝯponẽtibꝰ ⁊ quãli
bet eaꝝ ſeorſũ ⁊ nõ ecõtra. vt tm̃ hõ currit ergo hõ currit

⁊ nihil aliud ab hoīe currit. Tertia regula eſt ꝙ ab excluſiua affirmatiua ad vniuerſalē de terminis tranſpoſitis eſt bona cōſequētia ſi fiat excluſio gratia alietatis ⁊ non ecōtra vt tm̄ aīal eſt hō. ergo oīs hō ē aīal. quarta regl'a ē ꝙ excluſiua cōtradictoria ꝓoris exponit̄ ꝑ diſiūctiuā affirmatiuā de ꝑtib⁹ cōtradicētib⁹ prioris excluſiue. vt iſta nō tm̄ homo currit. i. null⁹ hō curritvel aliqd ab hoīe currit patȝ ex ṽtute cōtradictōis q2 vtrobiqȝ ſeruat̄ oppoſitio cōtradictionis. ex hoc etiā patet qualiter in eis valeat cōſequētia. Quīta regl'a eſt excluſiua in qua ponit̄ vna negatio ſequēs excluſionē exponit̄ ꝑ vnā copulatiuā affirmatiuā cuius ꝑma ꝑs eſt negatiua ꝑiacēs. alia eſt affirmatia in qua ꝑdicatū affirmatiue enūciat̄ de quolibet alio. vt tantuȝ accidēs non eſt ſubſtātia. i. accidēs non eſt ſubſtātia: ⁊ om̄e aliud ab accidēte eſt ſubſtātia. Et ꝑ hoc patet qualiter cōtradictio ei⁹ eſt exponēda: ⁊ q̄liter valeat ꝯña in excluſiuis

SEquitur de dictionibus exceptiuis. dicūtur autē dictōes exceptiue que ſignificant exceptionē alicui⁹ cōtenti ſub aliquo diſtributo. cui⁹mōi ſunt ꝑterq̄ ⁊ ſic de aliꝭs de qb⁹ dant̄ tales regl'e. Prima eſt ꝙ oīs exceptio fit a toto in q̄ītitate ſeu a termio ſumpto ſub ſigno vl'i. Eſt aūt totū in q̄ītitate termin⁹ cōiter ſumpt⁹ cū ſigno vl'i. vt oīs hō ꝑter ſortē currit. Scd'a regl'a eſt ꝙ dictio exceptiua nō ipedita facit terminū cōeȝ ſup quē cadit imediate ſupponere ſimplicit̄. vt om̄e aīal ꝑter hoīeȝ eſt irrationale. ibi hoīeȝ ſupponit ſimplicit̄. Tertia regl'a eſt ꝙ vl'is affirmatiua exceptiua exponit̄ copulatiue ꝑ tres cathegoricas exponētes quaꝝ ꝑma affirmat ꝑdicatū de ſubiecto ſumpto cū aliō ab ſcd'a affirmat ꝑdicatū de termino excepto. tertia eſt negatia in qua

predicatū negaṫ de termīo excepto. vt oē aīal ꝑter hoīem eſt irrōnale iſta exponiṫ ſic. oē aīal aliḋ ab hoīe ē irrōnale hō ē aīal ⁊ hō nō ē irratōnaľ. Quarta rľa ē ꝙ vľis negatiua exceptia exponiṫ copulatiē ꝑ tres ꝓpōes in q̄ꝝ ṗma ṗdicatū negaṫ ḋ ſubiecto ſūpto cū aliḋ ⁊ ab. i ſcḋa affirāṫ ſbm̄ ḋ terio excepto. i tercia affirāṫ vľiť ṗdicatū ḋ terio excepto vt ħ nullū aīal ṗt̄q̄ʒ hō ē riſibile. expōiṫ ſic nullū aīal aliḋ ab hoīe ē riſibile. hō ē aīal. ⁊ oīs hō ē riſibiľ. Ex his pʒ q̄liṫ ſue ꝯdictorie ſūt exponēde ⁊ q̄liṫ valeat ꝯña ī ipis.

Sequitur de dictionib⁹ reduplicatis. dicūṫ āt dictōes reduplicatiē q̄ ipoꝛtāt rōeʒ ꝭm quā aliq̄d alteri attribuiṫ. vt iq̄ʒtū ꝭm ꝙ ea rōe q̄ ⁊ ſic ḋ alijs ḋ qb⁹ dāṫ tales rľe. Pꝛia ē ꝙ dictio reduplicatia ṗſuppōit aliq ḋ ṗdicatū ineē alicui ſubiecto ⁊ ḋnotat ꝙ illḋ ſuꝑ qḋ cadit imediate eē cām inherētie illi⁹. Scḋa ē ꝙ dictio reduplicatia ſꝑ ferṫ ad ṗdicatū ⁊ nū q̄ꝫ reduplicat ipʒ. Tertia ē ꝙ ꝓpō reduplicatia affirmatia expōiṫ ꝑ q̄tuoꝛ exponētes affirmatiās: q̄ꝝ ṗma affirāṫ ṗdicatū ṗncipale ḋ ſubiecto. ſcḋa āt affirāṫ r̄duplicatū ḋ ſubiecto. tercia v̊o affirāt ṗdicatū pꝛīcipale ḋ reduplicato. q̄rta ē vna cālis i cui⁹ an̄te pōiṫ dictio ſuꝑ quā cadit reduplicatio ḋ ab q̄ trāſcēdēte ⁊ ī ꝯn̄te ṗdicatū pꝛīcipale affirāṫ ḋ relatio illi⁹ trāſcēdētis vt ħ hō inq̄ʒtū rōalis ē flebiľ. i. hō eſt flebiľ. ⁊ hō ē rōaľ ⁊ oē rōale ē flebile. ⁊ qꝛ aliq̄d ē rōale illud ē flebile. Quarta rľa ē ꝙ ꝓpō reduplicatia in q̄ poniṫ negatō p⁹ dictōeʒ reduplicatiuā expōiṫ copulatiē ꝑ q̄ttuoꝛ exponētes. quaꝝ ṗma negat ṗdicatū ḋ ſubiecto. ſcḋa affirmat reduplicatū de ſubiecto. tercia negat vľiter ṗdicatuʒ pꝛīcipale ḋ reduplicato. quarta ē vna cālis in cui⁹ an̄te affirmaṫ reduplicatio ḋ ſuo trāſcēdēte: ⁊ in ꝯn̄te negaṫ ṗdi-

catū de relatiuo illius tranſcendētis. vt hic nullus hō in=
q̄ztū rationalis eſt rudibilis.i.null⁹ hō eſt rudibilis oīs hō
eſt rōnalis ⁊ nullū rōale eſt rudibl'e.⁊ q2 aliqd ē rōnale ipꝫ
non ē rudibl'e. Ex quo pꝫ ꝑ legē ꝯdictoriaꝝ qualiꝰ expo=
nēde ſunt ꝯdictorie iſtaꝝ ⁊ q̄liter valet cōſequētia in ipis.
Sequitꝰ de icipit ⁊ deſinit: ꝓ quoꝝ expōe notādū ē ꝙ reꝝ
quedam ſunt quaꝝ totū eſſe in iſtāti ⁊ ſil' acqritꝰ vt hō vel
binarius.ſiue ſit mediāte aliq̄ mutatiōe ſucceſſiua p̄ceden
te vt in ꝓductiōe naturali.ſiue nulla mutatōe p̄cedēte.vt
in creatōe angl'i. Alia vero ſunt quaꝝ eſſe acqritꝰ ſucceſſi
ue ⁊ ꝑs poſt ꝑtem vt ſunt res nature ꝑmanētꝫ.vt albū ⁊ ni
grū quaꝝ denoiatio depēdꝫ a dn̄io ſupra ꝯtriū ſicut albū
nigrū ⁊ calidū.⁊ etiā res nature ſucceſſiue vt mot⁹ ⁊ tp̄s
⁊ ſimil'r aliquaꝝ reꝝ quaꝝ eſſe deꝑditꝰ totū ſiml' ⁊ in in
ſtāti. Aliaꝝ aūt quaꝝ totū eē deꝑditꝰ ſucceſſiue.⁊ ꝑm has
dictōes ponūtꝰ q̄ttuor regl'e. Pria ē ꝙ ꝓpōes de incipit
rerū quaꝝ eē totū ſil' acqritꝰ exponuntꝰ ꝑ vnā copulatiuā
cui⁹ p̄ma ꝑs eſt affirmatiā de p̄nti:ſecūda negatiā de p̄te
rito vt hō incipit eſſe.i.hō nūc eſt.⁊ imediate ante nō fuit
Scd'a regl'a eſt ꝙ ꝓpōes de incipit rerū quaꝝ eſſe acqritꝰ
ſucceſſiue exponūtꝰ ꝑ vnā copulatiuā cui⁹ p̄ma ꝑs eſt ne
gatiua de p̄ſenti ⁊ ſecūda affirmatiā de futuro.vt hic ſor
tes incipit eſſe alb⁹.i.ſortes nūc nō ē alb⁹ ⁊ imediate poſt
hoc erit albus.vel ſic motus incipit eſſe id eſt motus non
eſt ⁊ imediate poſt erit. Tercia regula eſt ꝙ ꝓpoſitiones
de deſinit rerum quaꝝ eſſe acquiritur totum ſimul expo=
nuntur per vnam copulatiuā cuius prima pars eſt affir=
matiua de preſenti ⁊ de ſecunda negatiua de futuro. vt
ſortes deſinit eſſe homo id eſt ſortes eſt homo ⁊ immedi
ate poſt non erit hō. Quarta regula eſt ꝙ ꝓpoſitōes de

deſinit rerū quaꝝ eſſe dep̄dit ſucceſſiue: exponūt copula
tiue ꝑ vnā negatiuā de p̄ſenti ⁊ aliā affirmatiuā de p̄teri
to. vt hic ſortes deſinit eſſe alb⁹. i. ſortes nūc nō eſt albus
⁊ imediate ante hoc fuit alb⁹. Ex p̄dictis patet qualit̄ cō-
tradictorie iſtaꝝ ſunt exponēde. ⁊ q̄lit̄ ꝯñtia valeat in ipſis

SEquitur de noīe infinito cuius
ſolēt aſſignari quedā diſtinctōes. Prima ē ꝙ
infinitū q̄nqȝ tenet negatiue ⁊ eſt illđ qđ nō eſt
finitū neqȝ aptū natū finitari. vt de⁹. Alio mō pōt p̄uatiue
capi ⁊ ē illđ qđ nō eſt finitū tñ eſt aptū natū finitari vt mo
tus nōdū ꝑfect⁹ eſt infinit⁹ ⁊ illđ ē triplex. ſcȝ īfinitū ꝑ ap
poſitōez vt in nūeris. aliđ ꝑ dictōez tm̄ vt in ꝯtinuis. aliđ ꝑ
vtrūqȝ vt tp̄s. Scđa diſtinctio ē de infinito q̄ pōt diſtigui
q̄libet modoꝝ p̄cedētiū qꝛ aliđ dicit̄ infinitū in actu qđ ē
q̄titū nō termīatū. aliđ ē infinitū in potētia vt ſunt ꝯtinua. a
liud ē infinitū quo ad nos ⁊ nō ſcđm rem. tertia diſtīctio
eſt ꝙ infinitū vno mō capit̄ cathegorice ꝓut ē q̄titas rei
ſubiecte vl̓ p̄dicate. vt cū dicit̄ mūd⁹ ē infinit⁹. alio mō ſin
cathegoreumatice nō ꝓut dicit q̄litatē rei ȝ eq̄lit̄ ſe hȝ ſub
iectū i ordīe ad p̄dicatū ⁊ ſic ē diſtributio ſubiecti ⁊ ſignū
diſtri. ⁊ de his dant̄ q̄dā regl̓e. Pria ē ꝙ infinitū ſinca-
thegoreumatice captū poſitū i ſubiecto facit terminū cōez
ſequētē ſtare ꝯfuſe tm̄ vt hic. īfiniti hoīes currūt ibi hoīeſ
ſupponit cōfuſe nō tñ mobilit̄. Scđa regl̓a ē ꝙ ꝓpoſitio
de infinito ſincathegoreumatice capto exponit̄ ꝑ vnā co
pulatiuā cui⁹ p̄ma ps affirmat p̄dicatū de ſubiecto ſump
to ſub aliq̄ q̄titate ꝯtinua l̓ diſcreta ⁊ ſcđa negat p̄dicatū
ineē tali ſubiecto ſcđȝ debitā q̄titatē vt iſta. infiniti hoīes
currūt que ſic exponit̄ aliq hoīes currūt ⁊ nō tot qn pl̓es
duob⁹ vel trib⁹. vl̓ ſic hoīes aliq currūt ⁊ nō quilȝ plures

Tertia regula eſt ꝙ ꝓpoſitio de infinito capto cathego-
rice exponit̃ ꝑ vnã copulatiuã cuiꝰ p̄ma pars affirmat q̃ꝫ-
titatẽ de ſubiecto ⁊ ſecunda negat terminũ illius q̃ꝫtitatis
vt hic linea eſt infinita.i.linea eſt q̃ꝫta ⁊ non hꝫ terminuꝫ
ſue q̃ꝫtitatis. ⁊ hoc eſt ſi infinitũ ſit in p̄dicato ſed ſi ſit in
ſubiecto p̄ma affirmat p̄dicatũ de ſubiecto q̃ꝫtuꝫ:⁊ ſecũda
negat terminũ illius q̃ꝫtitatis vt hic.aliqđ corpus infinitũ
eſt albũ id eſt aliqđ corpus q̃ꝫtuꝫ eſt albũ.⁊ idẽ corpus nõ
habet terminũ ſue q̃ꝫtitatis.Et nota ꝙ oportet negare ter-
minũ illius q̃ꝫtitatis ſcđm quẽ dicit̃ infinitũ:ita ꝙ ſi ſit in-
finitũ in actu negandus eſt terminꝰ illiꝰ q̃ꝫtitatis.⁊ ſi ſit in
potẽtia ita ꝙ ſit infinitũ ſcđm q̃ꝫtitatẽ potentialẽ ⁊ non ſe-
cundũ actualẽ negandꝰ eſt terminꝰ q̃ꝫtitatis potẽtialis et
non q̃ꝫtitatis actualis ſiue ſit infinitum ſecundum appoſi
tioneꝫ vel dictionem.

SEquitur de cõparatiuis ⁊ ſupla
tiuis de quibꝰ dant̃ tales regule.Prima eſt ꝙ
ꝓpoſitio habẽs cõꝑatiuũ ꝓprie captũ ⁊ non a
buſiue exponit̃ copulatiue ꝑ tres exponẽtes quaꝝ p̄ma af
firmat poſitiuũ de re excedẽte. ſecũda affirmat eundẽ de
re exceſſa.⁊ tertia affirmat exceſſuꝫ de re excedẽte reſpe-
ctu rei exceſſe vt hic.ſortes ẽ albior aſino:exponit̃ ſic.ſor
tes eſt albus aſinꝰ eſt albꝰ ⁊ ſortes eſt magis albꝰ q̃ aſinꝰ
vel negãdo equalitatẽ forme ineſſe exceſſo reſpectu exce
dẽtis vt hic.ſortes eſt albꝰ aſinꝰ eſt albꝰ ſed aſinꝰ nõ ẽ eque
albꝰ ſicut ſortes.Secũda reg̃la eſt ꝙ ſuplatiuꝰ diſtribuit
terminũ cõem ſequẽteꝫ q ſignat rem exceſſiuã.vt leo ẽ for
tiſſimꝰ aĩaliũ.aĩaliũ diſtribuit̃.Tertia reg̃la ẽ ꝙ ſuplatiuꝰ
ꝓprie tentꝰ vult gtm̃ ſignificantẽ rem exceſſiuã ꝯuenire rei
excedẽti.pꝫ q: hec eſt improꝑa locutio leo eſt fortiſſimus

lincum.qꝛ linx de leone oino non verificaẜ.Quarta regu
la eſt ꝙ ꝓpoſitio de ſuplatiuo ꝓpꝛie capto exponiẜ copu
latiue ꝑ tres exponētes quaꝝ p̄ma affirmat poſitiuū de re
excedēte.ꝛ ſecūda affirmat eūdē de re exceſſa.tertia negat
vl'iter exceſſuꝫ de re exceſſa ꝑ reſpectū ad rem excedentē
vt hic.roſa eſt pulcberrim⁹ flos floꝝ.i.roſa eſt pulchꝛa:et
oīs flos eſt pulcher: ꝛ nullus flos eſt pulchꝛioꝛ roſa. Si
vero ſuplatiu⁹ teneaẜ affirmatiue tertia exponens dꝫ eſſe
affirmatiua affirmās exceſſuꝫ de re excedēte ꝑ reſpectū ad
rē exceſſaꝫ acceptū vl'iẜ.vt dicēdo roſa ē pulchꝛioꝛ oī floꝛe
Et oēs ꝓpoſitiones de maxio ꝛ mimo ꝛ ſic de aliȷs ſup
latiuis his duobus modis poſſunt exponi dūmodo pona
tur genitiu⁹ impoꝛtās rem exceſſam ꝛ ſi non pōiẜ ille geni
tiu⁹ dꝫ omitti ſecūda exponēs.vt hic ſoꝛtes eſt foꝛtiſſim⁹
id ē ſoꝛtes ē foꝛtis ꝛ null⁹ eſt foꝛtioꝛ ipſo.Et cōtrarie iſtaꝝ
debēt exponi ꝑ diſiūctiuas de ꝑtib⁹ cōtradicētibus.

Equitur de differt.aliud ab de q̇
bus danẜ tales regl'e.Prima eſt ꝙ differt a
liud ab ꝛ diuerſum cōuenit tm̄ entib⁹. Nam vt
diciẜ quarto methaphiſice nec nō enſ enti:nec enſ nō enti
eſt idē vel diuerſuꝫ:Secūda regl'a eſt ꝙ ablatiu⁹ rect⁹ ab
iſtis dictionib⁹ mediāte a vel ab diſtribuiẜ ſi ſit diſtribui
bilis niſi habeat aliud impedimētū.Tertia regl'a eſt ꝙ ꝓ
poſitio d̄ differt affirmatīa exponiẜ ꝑ tres exponētes affir
matiās in quaꝝ p̄ma affirmaẜ hoc verbū eſt de eo qd̄ dif
fert.i ſcd̄a affirmaẜ idē de eodē a quo differt.tertia negat
vnū illoꝝ de alio vt hō differt ab aſino.i.hō eſt ꝛ aſin⁹ eſt
ꝛ hō nō eſt aſin⁹.Quarta regl'a eſt ꝙ ꝓpoſitio negatiua
de differt dꝫ exponi ꝑ vnā diſiūctiuā de ꝑtib⁹ ꝯdicētib⁹
vt ſoꝛtes nō differt ab aſino.i.ſoꝛtes nō eſt.vl' aſin⁹ nō ē vl'

ſortes eſt aſinꝰ ⁊ valēt ꝯſequētie i iſtis ſicut in p̄ced ētibꝰ
SEquitur de hoc ſigno totus pro
quo ſciendū eſt ꝙ hoc ſincathegoreuma totus
pōt capi cōiter ꝓ oī illo qđ hꝫ ꝑtes vñ cōponit̄.
Alio modo capit̄ magis ꝓprie ꝓ oī illo qđ ex oībꝰ ſuis ꝑ
tibus eſt ꝑfectū ſicut domꝰ dicit̄ tota quādo eſt cōpleta ⁊
his duobꝰ mōis totꝰ tenet̄ ſignificatiue. Tertio mō capit̄
ſincathegoreumatice ꝓut includit ſignū diſtributiuū. vt h̄
totus ſortes eſt albꝰ ⁊ ſic nō dicit q̄le ſit ſubiectū ſed qua-
liter ſe hꝫ ad p̄dicatū ⁊ hoc mō reddit ꝓpoſitōem exponi-
bilē de quo dant̄ due regl'e. Prima eſt ꝙ totus diſtribuit
terminū cui adiūgit̄ ꝓ qualibet ꝑte integrali eius. vt totꝰ
ſortes eſt albꝰ. i. quelibet pars ſortis eſt alba. Scđa regl'a
eſt ꝙ ꝓpoſitio affirmatiua de toto exponit̄ ꝑ vnā cathe-
goricā tranſſumēdo li totus in hoc qđ ē ſcđm qualibꝫ ſui
ꝑtem. vt totus ſortes eſt minor ſorte. i. ſortes ſcđm qualibꝫ
ſui ꝑteꝫ eſt minor ſorte. Preterea notādū eſt ꝙ hec ſigna
qualelibet q̄ntūlibet non ꝓprie faciūt ꝓpoſitiones exponi
biles ſed faciūt diſtributōeꝫ abſolutā ſcđm modū reliquo
rum ſignoꝝ. ſicut ſunt iſta oīs. quilibꝫ. ſed cōtrahūt ad de
terminatū genus p̄dicamētale. vt q̄ntūlibꝫ diſtinguit pro
quātitate cōtinua. ⁊ tantū valet ſicut habēs om̄eꝫ quātita
tem cōtinuā. ⁊ qualelibet ꝓ oi qualitate: ⁊ valet ſicut hñs
omnē qualitatem. Et ſic dicunt̄ mentaliter complexa: quo
rum propoſitiones fiunt per cōpoſitionem. Et hec de ex-
ponibilibus dicta ſufficiant.

¶ Petri hyſpani viri doctiſſimi ordinis predicatoꝝ: ſum
mulaꝝ liber dyaletice artis fundamentū Feliciter explicit